

ADNOTATIONES

cennam, si illa, quæ iam dixi nō sufficiunt. Hoc autem q̄ aliquis possit dicere contra hoc, quomodo posuit numerum, ex quo est per operationem intellectus, in prædicamento quantitatis, tam solutum est in eis, quæ nota vobis iam ex media sua expositione, dictum enim est, q̄ in prædictis locis loquitur de rebus, fīm q̄ ipsa sunt famosæ & magis notæ vobis, non in se. Vnde in quantitate etiam ponitur præteritum temporis, & ipsum non est nisi p̄ operationem intellectus, & quæ dicta sunt de uno, & de ente, seu esse à Commentatore: est scientia Philosophi expressa in Decimo Metaphy. textu commentario etiā, & maxime fīm traductionem latinā, in arabica enim non ita manifestum est, quamvis quasi idem dicunt: & vide Duodecimo Metaphy. sc̄. textu commentarii. 19. dictum Philosophi, qm̄ inuenitur extra substantiam &c, quamvis non sit totaliter ad propositum. & vide etiam de analogia istorum, Commentum. 19. & 20. & 21. 12. & 10. Secūdi, & intellige rationes Philosophi & Commentatoris illic bene, s. in Octavo Nono Decimi Libri, & hæc sufficiunt Illa autem, quæ dicunt quidam latini contra Commentatorem in istis, nihil sunt, & omnia faciliter franguntur intelligentibus distinctiones horum nominum bene, & ea quæ insunt vnicuiq̄ significationibus istorū. Vnde scendum, q̄ esse, fīm modum loquendi Commentatoris, duplíciter ad propositum accipitur tātum. Vno modo pro esse, quod idem est q̄ ens, quod est tanquam genus decē prædicamentorum. Alio vero modo, si est synonimū, vt dictum est primo modo &c, id est, q̄ res differunt tantum modo quadam, quia res non connotat existentiam actualem vel potentialem, esse autem sic, s. vel actualem vel potentialem, & dividitur ad substantiam & accidens & in actum & potentiam, cui opponitur priuatio: & fīm istū modum intelligitur quæstio Philosophi Primo Physicorum, cum autem dicimus substantiam esse, intelligitur fīm alium modum, s. vt est synonimū vero: aliter esset aliqua nugatio, cum autem dicimus substantia habet esse per se, seu est ens per se existens, accipitur ly esse seu ly ens per id quod est tanquam genus. & talis descriptio ali qualiter, sed non perfecte, facit cognoscere rem & multe tales descriptiones sunt in sciētijs: esse autem primo modo prius est natura vel causa, esse secundo modo sequitur esse primo modo: intelligitur hoc quod dicimus substantia habet esse per se, accidens autem habet esse fīm q̄ habet esse in alio, quod est seu habet esse p̄ se, esse autem pro vero modo dicto conueniunt omnia prædicamenta æqua liter. & tale, vt dictum est, constituitur per operationem intellectus, & talis cognitio præcedit cognitionem quiditatis rei, s. q̄ non querimus naturaliter procedendo cognitionem quidditatis rei donec sciamus ipsam esse extra animam in actu vel potentia, sicut est in anima: cognitionem quid nominis præcedit hanc, accipiendo autem esse secundo modo, significatum eius est aliud à quidditate seu essentia, & tali modo potest quis cognoscere quidditatem, non dico quidditatē esse, & ignorare esse rei secundo modo accepto, cum autem intelligitur p̄ esse id quod intelligitur per rem, est tanquam genus dictum fīm prius & posterius: & per hæc soli posunt omnes difficultates vnde id, quod quidam dicunt probando q̄ esse differt ab essentia, seu q̄ est existentia, & aliud ab istis duobus modis, nihil est, dicunt enim, q̄ quādocunq̄ sunt aliqua duo, quorum vnum affirmatur de aliquo à quo alterum negatur, illa sunt diuersa: sed quidditas dicitur de aliquo, s. de rosa non existente, & ab ipsa tamē negatur esse, ergo &c, & alias similes rationes ponunt: sed certe ex malo intellectu huius rei procedunt, nam quidditas & essentia, quod est idem q̄ res & esse, q̄ est tanquam genus, vel est in actu vel in potentia, vt dictum est, similiter esse vel accipitur primo modo, vel secundo: & si primo modo, vel in potentia vel in actu: & tūc manifestū est, q̄ si accipiatur essentia in actu, de quacunq̄ re dicitur, de ipsa etiam dicitur esse in actu primo modo, & si dicitur essentia in potentia, si

E militer & esse primo modo: vnde quidditas in actu est esse tale in actu & quidditas in potentia, potentia est tale esse in potentia primo modo, manifestum igitur est, q̄ nō est alius modus esse præter hos, quos Commen. posuit, extere autem in actu est quidditas & tale esse primo modo in actu & quidditas in potentia est existentia, & tale esse in potentia, si vocari debet existentia, cum sit in potentia, ita q̄ per illam naturam & per quam est ens & quidditas seu essentia, per illam existit siue in actu siue in potentia: non q̄ sit hic aliquid accidens per quod res seu ens existit seu habet esse in actu vel potentia fīm primum modum, esse autem secundo modo, quod est per operationem intellectus, q̄ differt à quidditate, est id quod negare possumus: & etiam ignorare nota existente quidditate, id etiam, q̄ dicunt, q̄ quidditas dicitur de rosa non existente, vel intelligunt q̄ dicitur esse in rosa siue in potentia siue in actu vel non, si intelligunt quod dicitur esse in rosa, tunc manifestum est q̄ esse secundo modo dicitur de ipsa in actu vel in potentia, si non, non bene est intelligibile id q̄ dicunt dī de rosa: & de his nolo plus ad præfens prolongari magis: quia videtur mihi q̄ hæc sufficiunt, & maxime tibi.

HELIAE CRETENSIS

PHYLOSOPHI, ET MEDICI,
IN DICTIS AVERROIS SUPER
LIBROS PHYSICORVM CLARIS-
SIMAE ADNOTATIONES

Intentio Auctoris.



G uis enim pauca brevia & forte obscura sint, ipse suo clarissimo intellectu hæc & obscuriora intelligit. Siquis enim ex se intelligere potest, immo inuenire, aliorum dicta facile cognoscit. Et ideo ego Helias hebreus cretensis vobis hæc aggregare, hæc tamen quidem non sunt bona nisi sibi & eis, qui ei assimilantur, qui pauci sunt. Præsupponendo tamen multa dicta modernorum, quæ tamen omnia clara sunt ei, quæ omnia debent ordinate videri, aliter erit quædam confusio. In istis tamen omnibus loquor ut Philosophus non aliter: via tamen legis quæ firmior est, est alia &c.

H irca proœmium, vbi dicit, q̄ quadam scientia Auer. i. p̄ speculatiuæ sunt p̄ exercitium &c. mio p̄ physico Si textus est rectus hic intelligitur, q̄ quadam scientia speculatiuæ sunt propter exercitationem intellectus, s. vt intellectus exercitetur, & acquirat habilitatem intelligendi & recte intellegendi in scientijs speculatiuis, quæ sunt propter scire & perfectionem intellectus tantum: vt Naturalis & diuina, quæ sunt de speciebus & rebus à natura intentis, non aut sic sunt mathematicæ. Quod autem scientiæ mathematicæ saltem quædam sint tales, & quod sunt quasi tanquam Logica, & maxime apud antiquos non habentes Logicam saltem complete, declaratum est à Platone in suo de Regi mine ciuitatis: & ab Averrois in commento vnius libri, quem traduxi vobis de hebraico in latinum: & iam dixi de hoc in quæstione mota de possibilitate continuationis in fine, Item in eodē vbi dicit, Sed vñs quo vñtitur enthy mema

De iudicio
nis vni de
mōstratiū
cōtūs.

mēma & inducō &c. Nota quod dialectic⁹ vtitur inductione inferendo vniuersalē à multis, vel ab omnibus individualiis, vt dictum est in Secundo Priorum, & hoc facit per se ex inductione. In hac autem scientia non vtitur tali modo inductione. Inductione enim ingressum habet in sc̄iam demonstratiūam hoc modo, verbi gratia. Nos vide mus hunc hominē esse animal rationale, & hunc: & tunc intellectus cognoscit prædicata inesse subiecto per se, & q̄ est habitudo essentialis et necessaria inter subiectum et prædicatum, & facit tunc propositionem uniuersalem, et hæc vniuersalis aliquādo acquiritur ex cognitione vnius individualiū tantum, vt aliqualiter dicit Commentator Secundo huius. Vbi Philosophus dicit, q̄ hirundo facit nudum propter finem. Aliquando multorum vt bene declarat Commentator Secundo Posteriorum cōmento. 104. & 105. vnde nō acquiritur vniuersalis in scientia demonstrativa per se ex inductione. Nam verificatio vniuersalis est propter habitudinem essentialēm prædicati & subiecti: & hæc dicta sunt à Commentatore in Libro Toporum, in Primo vel Secundo quem non habetis traducere. Et per iam dicta pater etiam, quod dicit de entymemate: nam aliquando ex uno individuali seu specie acquiritur individualium vniuersale, vt exemplificauit de hirundine. Verum est etiam quod inducō topica entymemata ingressum habent in scientias demonstratiūas, nō ad probandum ignotum naturaliter, sed ad declarandum notum per se: quod tamē indiget modicula declaratione. Sed hoc non intendit hic Commentator, vt intelligens intelligere potest.

Com. 1.

Commento primo vbi dicit Commentator sed quādam confyderant de causa formalē tantum, s. Mathematicæ: & quādam de tribus causis, s. de motore, fine, & forma, & est scientia Diuina. Circa hoc notandum est illud quod dicit Commentator commento. 5. & 6. Duodecimo Metaphysicæ, nā ibidem declaratum est, q̄ Metaphysicus declarat q̄ prima substantia abstracta est forma, finis, & efficiēs, seu motor, p̄terea declaratur in Duodecimo, quomodo mouer, & q̄ mouet rāquam amatum & desideratum. Et videtur mihi q̄ translator errauit, & accepit loco ly efficientis motorem. Vnde in Primo sua summae Metaphysicæ dicit, q̄ id quod declaratum est in Scientia Naturali sunt duæ causæ vltimæ tantum, s. materia, & mouens, & remansit sup ipsum hic declarare causam finalem, & formalem, & efficientem, nam iam ponit q̄ differentia est inter motorem & efficientem: nam motor dat moto motum tantum, efficiens autem dat formā, propter quam est motus. Hæc sunt verba eius, & vult dicere, vel proprie vel metaphorice, vt dixit in quæstionibus de motore & efficiēte, in istis autem inferioribus vere, mediante tamen motu & agentibus proprijs propinquis, in alijs aut metaphorice, vt illic dictum est, & Commentator etiam illic hoc dixit aliqualiter, non tamen declarat Primus Philosophus substantias separatas esse, necq̄ primum motorē esse, necq̄ hoc est possibile, nisi naturali per motum, nam substantias esse separatas non possum⁹ probare nisi per motum æternum, vt declarat Philosophus Octavo huius, necq̄ per rationes Aucen, probatur aliquo modo primum motorem esse separatum, immo, si aliquid concludunt non concludunt nisi primam causam esse, non tamen esse separatum, & maxime apud ponentes coelum esse simplex, non compositum ex materia & forma dante ei esse, vt est intentio Philosophi, & est veritas: nisi diceret quis, q̄ omne quod mouetur ab alio mouetur: sed tunc medium esset motus, & vide rōnes eius, necq̄ etiam per rationem Auc. probatur primum motorem esse, & maxime eo modo quo formauit ipsas Auc. nam propositione dicens, q̄ quodlibet ens vel est necessarium vel possibile siue causatum vel non. Si intelligit per possibile verum possibile, s. materiale seu q̄ existit potentia in materia, tunc propositione est vera. Sed tunc ipse probat hoc de necessitate per motum. Nam, quando di-

A cit, q̄ possibile indiget causa, est ac si diceret, indiget movente seu transmutabilitate producente ipsum de potentia materialē ad actum: ex quo per possibile intelligit materialē, vt dictū est. Præterea, quomodo cuncte sit, hoc adhuc non probauit per istam rationem primam causam esse, immo potest quis dicere, q̄ non inconuenit in quibusdam causis processus in infinitum, ego enim sum à patre meo, & ipse à suo, & sic in infinitum. Et si intelligit p̄ possibile vel causatum illud, quod est omnino sua natura priuatūam seu priuatiō, & producitur totaliter ab agēte, i. nō ex subiecto, tunc illa sua propositione est falsa: & adhuc dato q̄ sit vera non deducit per hoc nisi ad causam necessariam, non ad primam, sed necessariam ex alio. Possum. n. dicere q̄ sunt causæ infinitæ necessariæ non habentes primam, & quamvis hoc est falsum, tamē Aucen. non probauit hoc: nota tamen q̄ quomodo cuncte sit hoc Metaphysicus non potest probare saltem substantiam esse separatam, nam nullus artifex probat principalem partem suis subiecti. Et quæstio, an artifex probet suum subiectū est alia ab ista. vtrum separata esse, possint demonstrari nisi per motum, quamvis sint inuicem connexæ. vnde si esset alia via à motu, sequeretur q̄ aliquis artifex probaret seu posset probare suum subiectū, s. Metaphysicus, vt innuit Commentator Duodecimo Meta. cōmento quinto: vnde per hoc etiam, q̄ nullus potest probare suū subiectum, probatur q̄ non est alia via, & similiter è conuerso. Et ad vnam respondeo simpliciter, q̄ nulla est alia via à motu, vide commentum. 22. Secundi huius. & commentum quintum Duodecimi Meta. Et liber, d. d. circa hanc materiam. Ad aliam respōdeo, q̄ nullus potest demonstrare partem principalem sui subiecti, & maxime quia sīm antiquos Metaphysicā diuidit in duas scientias. Vna ē de separatis à materia, reliqua de alijs. Quod autem nullus artifex potest probare suum subiectum, vt dictū est, patet, nam subiectum formaliter acceptum manifestum est, q̄ non potest probari in illa scientia à posteriori, quia hoc nō pertinet ad illum artificem, neq̄ à priori: quia medium, p̄ quod probabitur illud subiectum, vel est medium contentum sub illo subiecto formaliter accepto, vel ei attributum vel non, si non, ergo non eiusdē artificis, si sic, ergo præsupponit subiectum formaliter acceptum seu sua ratio. Sed Commentator alio modo declarauit hoc in Primo Posteriorum in commento magno, vbi Philosophus loquitur de hoc. Et ideo Metaphy. non probat Deum esse, seu primam causam omnium causarum, & quamvis probet q̄ substantia abstracta est principium substantiæ sensibilis, & inuestiget principia substantiæ in eo q̄ substantia, tamen hoc facit, quia accipit probata à Naturali, vt dicit Commentator commēto quinto sexto Duodecimo Metaphy. Et si dicatur, q̄ Naturalis probat primum motorem, qui est principialis sui subiecti, respondeo q̄ non est verum: non enim est pars subiectua principialis, sicut entia separata sunt respectu entis simpliciter. Sed est causa prima sui subiecti à posteriori, & hoc habet attributionem ad ens mobile, seu corpus mobile, non autem res sic se haberet in prima philosophia. nam ibidem consideratur de ente sīm q̄ ens: principia autē abstracta seu principia prima entis in eo quod ens sunt pars subiectua entis, immo principalissima. Intelligo autem hic per principia entis, principia substantiæ æternæ. Et cū hoc q̄ sunt pars principalissima, sunt etiam principia: nec hoc inconuenit in tali subiecto, nam ipsum est ens in quantum ens. vnde & huiusmodi entia sunt hoc modo, immo principia lissima & simplicissima: & maxime primum ens, quod ē causa omnium aliorum, & sunt causæ entis i eo quod ens essentialiter, non in eo quod mobile, seu aliud simile: non tamen sunt causæ totalis entis subiecti, nisi aliqd esset causa sui. Vlterius nota, q̄ commentator in media sua expōsitione in Decimo Metaphy. dicit quod nullus Artifex probat definitionem sui subiecti quando fuerit ignotum esse, nam hoc non potest probare nec per demonstratiōnem

De demon
stratiōe sub
iecti in arti
bus & scien
tiis.

Contra hoc dicitur, q̄ substantia abstracta est principium substantiæ sensibilis, & inuestigat principia substantiæ in eo q̄ substantia, tamen hoc facit, quia accipit probata à Naturali, vt dicit Commentator commēto quinto sexto Duodecimo Metaphy. Et si dicatur, q̄ Naturalis probat primum motorem, qui est principialis sui subiecti, respondeo q̄ non est verum: non enim est pars subiectua principialis, sicut entia separata sunt respectu entis simpliciter. Sed est causa prima sui subiecti à posteriori, & hoc habet attributionem ad ens mobile, seu corpus mobile, non autem res sic se haberet in prima philosophia. nam ibidem consideratur de ente sīm q̄ ens: principia autē abstracta seu principia prima entis in eo quod ens sunt pars subiectua entis, immo principalissima. Intelligo autem hic per principia entis, principia substantiæ æternæ. Et cū hoc q̄ sunt pars principalissima, sunt etiam principia: nec hoc inconuenit in tali subiecto, nam ipsum est ens in quantum ens. vnde & huiusmodi entia sunt hoc modo, immo principia lissima & simplicissima: & maxime primum ens, quod ē causa omnium aliorum, & sunt causæ entis i eo quod ens essentialiter, non in eo quod mobile, seu aliud simile: non tamen sunt causæ totalis entis subiecti, nisi aliqd esset causa sui. Vlterius nota, q̄ commentator in media sua expōsitione in Decimo Metaphy. dicit quod nullus Artifex probat definitionem sui subiecti quando fuerit ignotum esse, nam hoc non potest probare nec per demonstratiōnem

ANNOTATIONES

nem simpliciter, nec à posteriori. Simpliciter autem non, quia tales demonstrationes sunt à posterioribus, s. demonstrationes, quæ sunt definitiones in potentia. Impossibile autem est partes esse notas, & totum ignotum, vult dicere, vt dixit commento Primo Primi Posteriorum, quod partes definitionis non dant definitionem, vt ignotum p se cognoscitur à noto, sicut est in conclusione ex præmissis. Vide ibidem, nec per demonstrationem à posteriori, qd talis sit à rebus, quæ insunt subiecto. Falsum autem ē, qd subiectum sit ignotum, s. an sit, & res, quæ existit in eo sit nota esse, i. sit nota esse, in ipso, vel ab ipso, quia aliter illud non demonstratur: & dicit in summa, qd, si subiectū est ignotum, s. eius esse, impossibile est ipsum probare in illa scientia. Sed recipit ipsum esse ab alia scientia, in qua declaratū est, sicut Metaphysicus à Naturali recipit subiectum vel partem principalem subiectū, s. substantias separatas esse seu motores separatos seu modū essendi eius: vt mathematicus accipit à metaphysico. Et dicit qd hoc, quod dixit de subiectis artium, manifestum est, s. cum eē eius est ignotum, artifex illius artis nō declarat illud. Sed utrum si pars illius subiecti sit ignota, potest artifex illius artis demonstrare, illud dubitationem habet: & dicit, qd impossibile est illud probare per demonstrationem simplicem, ex quo impossibile est habere causas, ex quibus constitutū cognitionis eius: & ipsum esse ignotum vt dictū est: sed, si sit accepta à verificatione quadam solum possibile est, vt si vnum contrarium sit notum in una arte, & aliud ignotum, possibile est probare ignotum ex contrario noto in illa arte. Et hoc iam fecit Aristo, in esse ignis. Utrum autem hoc fieri potest per locum à simili perscrutatione indiget: quia simile est locus, i. topicus: & aliquando in quibusdam materiis possibile est esse locus demonstratus. Sed in hoc quod dicit hic Commentator est dubium, quia in Quarto Cœli commento, 32, probat Philosophus & Commēta, ignem esse, & est pars subiecti, quæ est pars mundi de quo illic consyderatur: & illa probatio non videtur esse à contrario nec à simili. Et forte dicendum est quod Philosophus non probat hoc illic, vt talis artifex, sed vt artifex communis disputādo contra antiquos, vt apparer ibidem. Vel forte hoc probat per locum à simili, vt dicit illic Commēta, sicut si vniuersum aquę &c. Et forte hoc nō est illic totaliter ignotum, quia notum est de partibus ignis, vt dicit illic Commēta. De igne autem comprehenditur nihil nisi partes: & tu consydera & comple per te. Id autem quod dicit Commēta, in Secundo de Anima non contradicit huic consyderanti bene. Intendit igitur Commēta, in illo primo quod definitio subiecti non probatur esse in subiecto seu definito, seu non probatur esse vt definitio nec à priori nec à posteriori in illa scientia, cuius ē subiectum, cum subiectum fuit ignotum esse: & hoc probatur vt dictum est. Si autē subiectum est notum esse, tunc non probatur definitio à priori, sed bene à posteriori probatur de definito seu de subiecto. Subiectū autem non probatur esse nec à priori nec à posteriori in illa scientia cuius est subiectum. Et hoc intellexit Philosophus Decimo vel Undecimo Metaphy., cū dixit qd substantia & eius quod quid est non est demonstratio. Intellegens per substantiam subiectum. Et per quod quid est definitionem subiecti. Diuersimode igitur intelligit hoc Philosophus, nam subiectum nullo modo probatur. Definitionem enim aliquomodo sic. Et bene cōsidera in hoc qd dico definitionem probari ne contingat error, qd non possum ad præfens magis prolongare. Et vide commentum primum Sexto Meta. & cōcorda. Vide etiam in Primo Posteriorum commento, 55. & 56. & in secundo cōmento, 12. & in Duodecimo Metaphy. commento quinto & sexto. In commento enim primo Sexti Metaphysicæ intelligit per substantiam definitionem subiecti, cum dicit subiecta non habent demonstrationem, hoc etiam potest habere aliam declarationem quā intelliges ex dictis in commento Libri posteriorum in locis dictis. Et tu cō-

164v

E sydera & cōmple, & concorda: omnia enim non possunt scribi. Et nota vltius, qd dato qd primam causam possit Metaphysicus probare esse, non tamē potest probare ipsam esse separatam, quia vt separata, est pars principalis subiecti: dato qd concedatur qd prima causa non est pars principalis. Nota etiā qd aliquid probant rationes Auct. illæ p̄ presupponunt motum & declarata à physico, vt dicit Commentator in Secundo Metaphy. quando probat processum infinitum in aliquo genere cause esse impossibile, immo vltius demonstrationibus physicis. Ipse etiam supponit ibidem causam finalem esse: hoc autem propriè non probatur nisi per rationes naturales, neq; probauit Aucten, quæ est prima istarum quatuor quā dicimus primam simpliciter, neq; qd sit separatus finis. Et si quis diceat primus à nullo dependet, Corpus autem dependet à suis partibus: ergo dicere possum qd primum non dependet ab alio rā quam ab agente. Sed non est probatum per hoc ipsum non depēdere à partibus, & vniuersaliter hoc probare non possumus nisi motum supponendo media-te vel immediate. Sed dominatio tua dicebat contra huc: nonne dictum est in quæstionibus philosophi: quia vide-runt ordinem mirabilem & ingeniosum inuentum in entibus sciuierunt qd ille, qui dedit eis hunc ordinem intelle-ctualem artificialem est intellectus p se: ergo sine via mo-tus, probatur hoc, & responsum fuit per me, qd quamuis habetur ex hoc qd est intellectus, & quamuis clarum est qd non intelligit particulariter, nec vniuersaliter, vt dictū est alias, tamen possum dicere qd est in materia seu in cor-pore, sicut anima nostra, quam virtus cognoscitua sequi-tur. Sed dicebat contra hoc, sequeretur qd intellectus no-ster qui est separatus a materia fm doctrinam Commenta-toris esset nobilior primo. separatum enim nobilis est materia hic. Ad hoc autem responsum est, quod dato qd ita sit, tamen hoc erit verum, si cætera sint paria: sed non est ita in proposito. Primum enim quamuis sit materiale, tamē habet alias multas dignitates, & illo simpliciter no-bilis est intellectu nostro: & si dicatur sequeretur secundū hoc, quod primum esset generabile & corruptibile, dico quod tū tu probas per viam motus: & vniuersaliter hic non potest hoc probari nisi motu primo, vt declaratum est in octavo, nisi supponatur aliqua propositio instabilis vel forte aliqua alia p̄positio, quæ est declarata p̄ motu.

G Irca cōmentum secundum tertium & quartum eius. Cōd. 2, 3, 4.
C dem primi nota, quod Philosophus in principio huius libri ponit duas quæstiones præter primam, sicut etiam asserunt omnes graci. Vna earum est, quod debemus in cipere prius loquī de rebus magis vniuersalib; nam ip-sæ sunt notiores minus vniuersalibus. Alia autem est, qd modus doctrinæ & inuestigationis in rebus naturalibus est procedēdo a compositis sensatis ad simplicia: nā composita sunt notiora apud nos in hoc in compositis. Et hæ quæstiones sunt valde diuersæ: nam per vnam earum de klaratur de qua re naturali dehem⁹ prius loqui, an de ma-gis vniuersali an de min⁹, verbigratia, an de materia sim-pliciter, an de aliqua materia, s. hominis & equi. Et decla-ravit ibidem quod debem⁹ loquī de magis vniuersalib; seu communibus per causas quas posuit ibidem Cōmen-tator. Vna earum ē, quod magis vniuersala sunt magis nota, & debemus incipere a magis notis. Alia autē quæstio declarat modum declarationis scientiæ, s. an procedi-tur a composito ad simplex, & a priori ad posterius: & ve-rificavit ibidem primam partem, quia cōposita sunt no-tiora nobis. Et hæ quæstiones sunt multū diuersæ. Et ma-nifestum est quod hæc est intentio Arist. ibidem, nam ip-se conclusit bis, & in vna conclusione terminus medius est quod compositum est notius, & in alia quod vniuersale est notius. Et ipse nō declaravit in illo libro propositio nem seu minus vniuersale per medium vniuersale, sed de-claravit materiam simpliciter per cōpositum. Sed hic ac-cidit dubitatio, nā nos debemus incipere a notiori, vt dicit Philosophus: & dicit qd hoc ē uniuersale, & in alia que-stione

stione dicit, quod posterius est magis notum. Arguitur igitur sic. Posterius seu vniuersale est magis notum. Et in alia quaestione dixit, quod posterius est magis notum: ergo contradicatio. Et quamvis possumus dicere, quod posterius non est minus vniuersale: nam nos non accipimus posterius determinatum, scilicet aliquid individuum demonstratum seu quocunque posterius: sicut sit homo siue sit asinus, & hoc est quod vocavit Auerrois compositionem specificam vel compositionem speciei, scilicet speciei compositi. Et secundum istum modum non est minus vniuersale. Tamen propter veritatem ego respondebo melius, quāuis esset concessa propositio dicens, quod posterius est minus vniuersale: & dico, quod magis & minus sunt relativa: & ideo, cum dicimus minus vel magis vniuersale est minus notum & magis notum: debemus declarare respectu cuius est min⁹ vniuersale vel magis vniuersale seu commune. Dico ergo, quod posterius & compositum est magis notum simplici vniuersali seu communi in rebus naturalibus: ut compositum, est magis notum apud nos, quam materia vniuersalis: nam ex esse & transmutatione compositi in specie in qua percipi mus compositum individuum cognoscimus esse primæ materiæ. Cum hoc tamen totum etiam est verum, quod simplex magis vniuersale est magis notum simplici minus vniuersali, verbigratia. Materia absolute est magis nota vel faciliter peruenimus ad cognitionem materiæ animali vel hominis, non quod ipsa sit notior homine vel animali, quæ sunt composita: & per hoc soluitur contradicatio. Nam Philosophus dixit in una quaestione, quod debem⁹ prius loqui de rebus magis vniuersalib⁹, & postea de minus vniuersalibus, nam magis vniuersalia sunt nobis magis nota minus vniuersalibus, vel faciliter deducimur in cognitionem istorum in rebus simplicibus, à facilitioribus autem debemus incipere: sicut declarauit Commentator in principio Libri Posteriorum in commento magno, illic enim ponit hac verba. Et necessariū est in ordine Doctrinæ incipere à magis noto, sicut necessarium est in intentione conclusionis, scilicet quod volendo cōcludere procedimus à magis noto ad minus notum: sed fuit vniuersale apud nos notius particulari, scilicet minus vniuersale ipso, nam vniuersale assimilatur toti composito & particolare assimilatur parti. & sicut totum compositum est magis notum apud nos parte, ita magis vniuersale est magis notum apud nos minus vniuersali, seu determinato. Nam ipsum continet res multas proprias seu determinatas vel partes vel quomodocunq; volueris vocare illa. Si iam declarauit hoc Aristotele, declaratione perfecta in Libro Physici Auditus: hæc sunt verba eius, & intelligendo ista potest quis intelligere ea quæ dicta sunt. In illa autem quaestione dicit quod nos debemus procedere à composito & posteriori ad simplex prius. Nam compositum est magis notum nobis quam simplex vniuersale, & possibile est etiam quod sit notius proprio seu determinato: sed cognitio huius non est necessaria, hic cum ergo loxit, quod posterius est magis notum, vult dicere, quod est magis notum quam simplex vniuersale: quamvis ipsum sit minus vniuersale: & hoc accidit ei propter compositionem, non quia ipsum est minus vniuersale & propter compositionem: vel secundum quod ipsum est compositum per uam compositionem est magis notum: dixit quod debem⁹ procedere à composito posteriori ad simplex prius. Cum item dixit, quod magis vniuersale est magis notum vel facilis cognoscitur, voluit per hoc quod est magis notum uam minus vniuersale simplex nūquam compositum: hoc est valde manifestum: sed prolongauit de hoc tantum: quia videlicet omnes expositores latinorum in quaestione eorum & expositionibus esse confusos in declaratione huius & multa dixerunt: sed non peruererunt ad intentionem Philosophi & Commentatoris in illis, quia non intellexerunt verba eorum: & isti errauerunt in duo: vnum eorum est quia non referunt magis & minus

A ad rem ad quam debet referri, Aliud autem est quod accepterunt illud quod est per accidentem loco illius quod est per se. putauerunt enim quod minus vniuersale est magis notum: quia viderunt compositum, quod est minus vniuersale, si concederimus hoc quod est magis notum magis universalis. Sed hoc accidit composito posteriori, non fīm quod est minus vniuersale: sed quia est cōpositum. Et fīm hunc modum, s. secundum quod est compositum propter quod illud est magis notum: dixit quod debeamus incipere ab ipso, non quia ipsum est minus vniuersale: nam ipsum esse minus vniuersale fīm quod ab ipso procedimus ad magis vniuersale & inest ei per accidentem, nam nos non procedimus ab ipso ad prius, nisi quia ipsum est magis notum, & hoc inuenitur in ipso, quia est compositum. nō quia est minus vniuersale: & ideo dicim⁹, quod quædam res minus vniuersales sunt magis notæ reb⁹ magis vniuersalib⁹, non fīm quod sunt minus vniuersales, sed fīm alium modum. Sed debes scire, quod sensibile seu sensatum, fīm quod est sensatum, non est notum apud naturam aliquo modo, & vniuersale est magis notum apud nos minus vniuersali, vt genus & species: sicut est apud naturam, sed vniuersale causalitate, ut prima materia & prim⁹ motor sunt magis nota naturæ quod sunt apud nos, & non est hoc ita in rebus vniuersalibus, quæ inueniuntur in multis, sicut genus & species, sicut diximus: sed intellectiones vel intellecta sensatorum, sicut intellectiones compositorum & descriptiones eorum sunt magis notæ apud nos intellectibus seu intellectis rerum remotarum à materia vel à sensu: & sunt cognitiones causarum & cause causarum, & è conuerso apud naturam, sicut declarauit hoc Auerrois in principio Libri Posteriorum in commento magno: & ideo dicens absolute, quod minus vniuersale est magis notum apud nos magis vniuersali, errat, dicens etiam quod sensatum seu sensibile est magis notum apud nos quod intellectum vniuersaliter, errat: nam prima intellecta sunt notiora apud nos quod sensata.

Com. 5.

B In commento, 5. vbi dicit, & suas causas secundum fidem, & inferius dicit, Causas suas secundum imaginationes. Nota, quod per fidem intelligit verificationem, scilicet affirmationem vel negationem, per imaginationem autem intelligit apprehensionem seu cognitionem simplicem, que vocatur apud latinos simplicium apprehensio. & iste fuit modus loquendi arabum & hebreorum: & Commentator isto modo loquitur multoties in Tertio de Anima: & hoc etiam intelligitur ex sua intentione hic & maxime in principio commenti, quamvis enim traductor non recte traduxit: tamē moderni debent hoc intelligere ex verbis Commentatoris. In commento, 21. vbi dicit: & esse eius fīm albedinem est aliud ab esse eius secundum musicam &c. Nota quod capitulū hic esse alio modo & commento, 25. alio modo. Illic enim intelligit per esse separationem seu per se stare: hic autem rationem seu definitionem. In cōmento, 36. vbi dicit. Partem quæ est de specie partium in quas totū diuiditur &c. Nota quod ex hoc concludit, quod p̄ partes actuales intelligit minima naturalia quæ possunt existere actuāliter diuisa. In commento, 44. in principio commenti vbi dicit. Sed principaliter & per se corruptitur in aliqd terminatum vnum &c. Nota quod illud quod ponit in quanto non contradicit huic: nam forte omnis motio sic absolute considerata est de contradictione in contradictioni primo & per se: & de vno in vnum. Consideratio tamē specialiter specie numerationis non ē vnuus modus de quibus, nam generatio. Simpliciter est de non esse in esse primo & per se: nam nihil aliud principaliter intelligitur per generationem simpliciter: & corruptio simpliciter est de esse in non esse: hoc tamen non est sic simpliciter verum: & vide commentum octauum quinti, dealbatio &c. & si milita dicunt motum de nigredine ad albedinem seu de nigro ad album primo & per se. & ratio est quia iste motus est inter res contrarias positivas patibiliter acquisitas seu successivæ in subiecto ente in actu & ideo immediate mouetur de albedine in nigredinem: & è contra, non autem Iandu, sup Phy.

t sic

A N N O T A T I O N E S

145 V

Sic est de generatione & corruptione simpliciter. & videlicet commentum septimum quinti: & veritas est quod illud quod contrumpitur seu generatur: corruptitur semper in aliquod vnum determinatum. similiter in generatione: & hoc semper. Quando enim album corrumptitur corruptitur in nigrum semper. nam & si corruptitur ad rubrum vel ad pallidum non corruptitur ad illa nisi secundum quod sunt in aliquo modo nigra sicut dicitur in quinto commento sexti: & maxime secundum illam expositionem Commentatoris in qua dicit. Cum igitur propositio dicens quod transmutatio est &c. Vide primo & per se album corruptitur ad nigrum. Secundario autem ad media quae sunt terminata: & hoc vult hic Commentator. & sic nulla est contradictione. possum enim quod contrarium primo & per se corruptitur ad contrarium postriuum: vt dicit ibidem Commentator expresse in commento octavo adhuc verum est quod res primo & per se corruptitur ad vnum. In commento. 45. versus finem commenti, vbi dicit. & est illud in quo est priuatio propria illi compositioni. id est non habens illam compositionem: est tamen aptum natum illam habere & in eodem commento parvum post vbi dicit. Sed illud in quo est priuatio illius compositionis &c. Nota, quod videtur quod quando ex simplicibus non albis sit album compositum sit ex opposito secundum habitum & priuationem: quia sit a simplicibus non coloratis per commixtionem certam ad quam sequitur color seu talis color: non enim ad quamlibet commixtionem sequitur color nec sapor nec odor ut dicit Commentator in quinto colligit & in alijs locis, haec tamen non sunt nisi in mistis. & ideo passiones misti dicuntur: tamen inueniuntur in pluribus mistis & quasi in omnibus. In commento quinquagesimo vbi dicit. Quod principia &c. non generantur ex alijs. Intellexit non constituantur tanquam ex partibus: & in eodem commento in fine vbi dicit. Non transmutabilia. Intellexit inter se adiunctorum: quia priuatio nec sit forma neque conuerso, neque generantur ex alijs tanquam ex partibus essentialibus. Reliqua autem scilicet non prima constituuntur ex primis: & sic prima non sunt transmutabilia aliquo istorum modorum: sed sunt permanentia. In commento sexagesimo in fine commenti in illa parte in qua ponit Commentator quatuor rationes ad probandum nihil produci seu fieri ex nihilo vbi dicit. Et impossibile est ut sit in illo cuius partes & cetera. id est quia motus est in recipiente: & recipiens remanet cum recepto. In commento septuagesimo vbi loquitur de materia & de potentia materiarum: est notandum ut puto: quod per potentiam duas intentiones intelliguntur. Una est relatio seu respectus rei ad actum. & haec intentio est defectus quidam & priuatio quedam scilicet quod non est in actu. Secunda est dispositio seu appetitus per quam subiectum secundum suam naturam est aptum seu dispositum: & haec dispositio non est priuatio omnino sed est quedam qualitas, scilicet de specie qualitatis quae dicitur potentia naturalis: & est illa per quam res est apta seu disposita agere vel pati: & haec est dispositio remota saltem respectu compositorum. nam forte ipsa est propinqua respectu elementorum: quamvis sine labore in materiis elementorum sunt dispositiones diversae & est una in fundamento materiarum: & prater hanc sunt dispositiones propinqua secundum numerum specierum entium: sicut dicitur in Duodecimo Metaphysicae. Sed iste sunt productae in materia mediantibus formis elementorum: & quedam earum mediantibus compositis, ut verbigratia forma panis disponit materiam ad recipientem formam sanguinis vel formam humanam cum comeditur. Et dispositio haec propinqua siue accipiatur pro respectu siue pro dispositione aliqua qualitativa est per se ad formam vniuersalem: & est illa quam vocat Auerrois in Libro Celi & Mundi: potentiam essentialiem seu per se: & est per accidentem ad formam Platonis & Cicero. & secundum iustum modum vocatur potentia acci-

E dentalis: & ideo non est haec potentia essentialis in infinito tempore: quae postea priuatur in aduentu actus. Nam nulla forma specifica priuatur tempore infinito. & etiam iste potentia propinqua sunt generabiles & corruptibles: & forte hec etiam secundum quod sunt propinqua vocantur per se. Vide in Quarto huius, in commento centesimo vigesimo: & etiam non sunt in materia potentiae infinitae. Nam non est in materia quomodounque accipitur potentia, nisi una potentia propinqua cuiuslibet species, & est respectu formae specificae vniuersalis, sed respectu individuorum, sicut declaratum est aliquo modo in questionibus meis de intellectu, ubi locutus sum de natura vniuersalis: non tamen dico, quod non sunt diversae dispositiones eiusdem speciei in diversis portionibus materiarum. Et Auerrois declarat, quod potentia quomodo cunque duorum modorum accipiatur non est substantia seu essentia materiarum: neque pars essentialis ei. Quod autem dispositio seu preparatio non sit substantia eius, manifestum est ex sua ratione, quam posuit in sua summa libri Phisicorum, & in media sua expositione, nam possibilis vel preparatio indigent subiecto. Prereterea, Si ista preparatio esset sua substantia, esset materia sui ipsius, id est subiectum eius substantiae: nam potentia dicitur per relationem ad aliquid. Vult dicere, ut puto, quod potentia & preparatio est potentia, vel preparatio habentis potentiam. Prereterea, Si sua substantia esset potentia, & nullo modo haberer esse in actu, non dico sicut esse formam vel habentis formam, esset in potentia, ut sit in potentia, id est quod esset aliquid hic, quod est in potentia prima materia: & ut puto has rationes tergit hic in sua ratione secunda in hoc commento. & ideo dixit. Non est potentia neque priuatio. Et forte voluit etiam, quod potentia & actus sunt de predicamento relationis, & ideo non est potentia, nam potentia dicitur per relationem ad actu. Sed debes scire, quod Auerrois non negat nisi substantiam eius esse potentiam eo modo quo dictum est, id est quod substantia sua sit potentia, & non substantia subiecta, sed bene concedit quod haec dispositio est substantialis ei per relationem ad formam vniuersaliter, nam natura eius est ut recipiat formam. Et ideo dicit in de Substantia Orbis, quod potentia est differentia substantialis materiarum. & secundum hoc forte potentia hic, quam habet per respectum ad omnes formas, non est accidentis, sed est substantia eius. Sed non est substantia eius potentia respectu sui ipsius, id est eo modo quo dictum est, & ideo potentia, quam haber respectu formarum, dicitur quod est accidentis ei, id est quod potentia non est substantia eius respectu sui ipsius, cum hoc tamen concedimus, quod cuiuslibet formae specificae est dispositio seu preparatio propria ut materia immediata, ex qua sit res mediantibus dispositionibus factis in ea, & haec dispositio inueniatur & sit seu producitur in materia productione una. Sed preparatio una, quam habet respectum ad omnes formas, est sua substantia, id est quod est subiectum, in cuius natura est recipere formas, non quod in ipso sit potentia addita super substantiam eius. Et considera in commento vigesimo sexto, secundi. & secundum hoc non indigemus potentia naturali una & si forte concedere voluerimus in esse huius potentiae naturalis. Dico, quod voluit in suo dicto de Substantia Orbis quod ipsa accipiatur loco differentiae substantiarum non quod sit differentia substantialis. Et si intelligamus quod Averrois vult quod substantia materiarum non est potentia, scilicet respectu substantiae eius, quamvis sit in potentia respectu formae sine potentia naturali, tunc prima ratio, quae fecit hic, est fortis, scilicet quod si potentia est substantia eius, tunc substantia eius corrupteretur in aduentu formae, nam tunc priuatur potentia. Sed, si dicamus quod hic est potentia naturalis, tunc haec ratio declaratur, quod defecitus iste seu priuatio non est substantia eius, nam priuatio corruptitur

corruptio seu desinit in aduentu formæ, nam non est possibile dixerre quod potentia naturalis corruptitur. Si posibile esset, ita non reciperet amplius, salte ex illa spe-
hoe cum esset, ita non reciperet amplius, salte ex illa spe-
cie. & evident mihi secundum suam intentionem, quod
non est in qua potentia naturalis, sed secundum suam sub-
stantiam est in potentia ad formas omnes. Nota tamē be-
stantiam est in potentia ad propositum dupliciter dicitur. Vno
modo de subiecto potentiae. Alio modo de re receptibili
modo de subiecto potentiae. Alio modo de re receptibili
seu re, in rei receptibilis vel formæ ad actum. Primo
modo est substantia quædam possibilis ex se, & hæc est
modus essentia seu essentia, & per hanc naturam est in po-
sua substantia seu essentia, & per hanc naturam est in po-
tentia ad omnes formas, non per aliā. Secundo modo au-
tentia al omnes formas, non per aliā. Secundo modo au-
tentia al quidam respectus, & indiget subiecto, & desinit ei-
tem est cum advenit actus: & secundum hunc secundum mo-
dum cum negat hic Commentator quod sit de substantia eius:
scilicet quod potentia secundo modo non est substantia
eius, tamen primæ materia, & pro istis vide, quæ notaui
in de Substantia Orbis de dictis Commentatoris de po-
tentia. Vnde potentia primo modo est una, sicut & ma-
teria prima, & per illam dicitur esse in potentia ad om-
nes formas, talitem remotas, quæ per illam potentialita-
tes aperte est per perficiā quacunque forma ex formis com-
positiorum aptitudine remota, minus tamen remota vel
propinquæ respectu elementorum ut diximus, vnde ma-
teria cognotetur cum forma secundum quod inest ei na-
tura immutata & potentialis, vnde propter hanc naturam
accidit illi recipere non quod essentia eius consistat in
receptione secundario, non tamen dico quod non sit
naturalis illi, & quasi substantiale recipere, immo est re-
ceptione secundum suam naturam: nec dico, quod potest
esse sine forma, forma enim facit ipsam esse in actu, non
esse simpliciter, nisi per accidens, vt declarauit alias, pro-
pinquæ autem, & etiam secundo modo, non dico illam,
quæ dicitur ad omnes formas, sunt tamen quot sunt species
formatum, sed iste propinquæ non sunt æternæ, vt iam
formatum, sed similiter in secundo modo. In commen-
dandum est, & vñ dicere. Et ex hoc apparet quod omnibus habebis ma-
teriam est penetrabile & corruptibile, nam in natura ma-
teriae est primatio formæ &c. Vult dicere, quod in natu-
ra materie est quod sit in ipsa priuatione per respectum ad
formam, scilicet qd̄ denominetur per priuationem formæ
secundum suam naturam, uel qd̄ attribuitur ei: non quod
in sua natura est priuatione simpliciter, scilicet quod ipsa nul-
lo modo sit, & quod natura eius sit natura priuationis: &
etiam materialis secundum suam naturam non est formatam
in actu, id est quod non est sua natura secundum quod ip-
sa est materialis natura habentis formam, secundum quod
in ipsa est forma in actu: sed causa generationis & corru-
ptionis habatur & radicatur & secundum prius est ma-
teria priuationis priuationem, quæ est in natura materiae, nā
teria priuationis contrarietas formarum vel qualitatum est cau-
quam generationis & corruptionis, tamen causa esse contra-
facta generationis & passuum est, quia priuatione est in na-
tura materialium vel substantialium. Et similem rationem
accidentem commentator in hoc Secundo in commento. 47.
fecit C. contra Auicen, immo continens, vt in pluribus
vbi dicitur natura est possibilis &c. Et volo dicere, qd̄
est illud natura causa generationis, nam si esset natura ma-
teriae, tamen a habentis formam in actu, secundum quod
est habens priuationem, materia non recipit formam: & et,
si non esset natura causa generationis, nam si esset natura ma-
teriae, tamen commento. 81. Et cōsidera in commen-
to. 72. sed sicut dixit Arist. Philosophus declarat sub-
stantiam materiae &c. Vult dicere, qd̄ diuinus declarat per
stabilitatem materiae, nam ipse consyderat de differentijs
seculorum quod est ens & potentia & actus sunt dif-
ferentes, & causas. Et ideo Diuinus declarat perfecte naturam
materiae, & habitudinem seu respectum ad omnes diffe-
rentias, & causas. sed Naturalis declarat, quod est in potentia

A respectu formarum materialium, id est quod ipsa est in potentia recipere formas: non quod declarat absolute quod ipsa est ens in potentia, secundum quod potentia & actus sunt differentiae entis simpliciter, scilicet quod non declarat quod est in potentia secundum quod potentia opponitur actu, qui est differentia entis simpliciter, nam de hoc consyderat Philosophus Primus, qui consyderat de rebus secundum quod sunt entia, & consyderat commentum.²¹ secundi. Et forte vult dicere, quod Metaphysicus declarat quomodo est una, & quomodo habet esse, & quomodo non, ut declarauit hic Commentator commento.¹⁴ Duodecimi Metaphysicorum & illic dicit. Ille sermo facit intelligere, quod esse est materia, & est proprius huic Scientiae, & non de Scientia Naturali.

Divinus ac
naturalis di-
uersimode
materiam
speculant,

SUPER LIBRVM SECUNDVM

ANNOTATIONS

Ircā id quod Commentator dicit in principio huius Libri, quod principium alterationis non est ab intrinseco. & dubitatur communiter de reductione aquæ calefactæ ad suam frigiditatem similem primæ. Nota quicunque, accipitur solutio. & pro hoc vide ultimum Primi de Generatione. Commentator & Philosopha aliter soluant, ut est veritas. Item est, quod principium initiatum alterum extrinseco, aliter idem ageret contrarium: cum habuit principium extrinsecum, etiam u debile, à quo incipit alteratio, completetur ab intrinseco: & in hoc assimilatur eis, quæ ab extrinseco: & isto modo nullum accidit in de istis bene consydera commentum. 24. i. & in Duodecimo & Septimo Metaphysici de conuenientia agentiis & materiae

De principio alterationis.

CQuarti Cœli, & in Duodecimo & Septimo Metaphysicæ, vbi loquitur de conuenientia agentis, & maxime circa sanitatem, sed, secundum quod Commentator dicit in Secundo de Anima, quod aqua pura non calefit, ipsa remanente pura, & maxime secundum ipsum, quia formæ elementorum non suscipiunt magis & minus, alter est dicendum.

Circa secundum librum, commento tertio, vbi dicit. Subiectum huius Libri est natura, & principia naturalia & cetera. Nota, quod vel vult dicere, pars subiecti vel ratio formalis subiecti, & verum est, quod principia naturalia, & etiam natura quoquo modo sunt partes subiecti Scientiae naturalis. Dixit autem quoquo modo. Quia subiectum proprium est ens mobile seu naturale, cuius esse non declaratur a Naturali: sed naturale est ratio eius formalis, & forte vult dicere, quod sit fundatum seu principium. Item etiam in eodem commento, vbi dicit, Quoniam natus mouetur ex principio in ipso, sed non primo & cetera, id est quod natus est per se motum, tamen natura mouens est alia separata in esse, & ideo mouetur ex principio in se. Q. 2

Com. 3.
De huius li-
bri subiec-
tione.

in ipso, sed non primo & cetera, id est quod natus est per se motum, tamen natura mouens est alia separata in esse, & ideo mouetur ex principio in ipsa, sed non primo. Circa illud autem quod dicit de Arte Medicinae. Nota, quod per virtutem activam, quae est in ipso semper artem, curat se secundum quod corpus aegrum, sed accidit medicus, co curare se, nam nec omnis ager est medicus, immo nec omnis homo est aptus, ut sit medicus, ita quod medicus agat in se hoc tamen accidit secundum partem theoreticam. & hoc est quod dicit Comentator, quia pars medica, cui accidit agere in suum subiectum, est pars theoretica non practica, id est per artem, quam habet, quam vocat theoreticam, ipse agit in se, secundum quod ipsi accidit esse corpus aegrum, ut dictum est, raro tamen vel nunquam inuenitur quod aliquis medicus agat in se secundum partem practicam, id est secundum operationem manualem, scilicet phlebotomare se vel similia, sed tamen dicit per artem, qua habetur, que sunt facienda: & aliquando accidit ipsum esse aegrum: nam non omnis homo est me-

Iandu, sup Phy. t h̄ dicus.

In definitio
ne forma
naturalis po
tius materia

Materia
quō ad ges
nus relatio
nis spectat,

Oeformas
gen⁹ pecu
la natura
lis, sed non
sol⁹, sed ma
teriales tñ
naturalis cō
syderat.

De casu &
fortuna.

dicus, & dato quod esset, adhuc non est ars medicinæ na
tura, quia agit in illo, in quo est per accidens. In com
mento, 13. secundi Libri. Nota q̄ ex hoc quod dicit Com
mentator, & contingit dicētibus formas esse definire for
mas naturales abstractas à materia, patet q̄ in definitio
ne forme naturalis ponitur materia. In commento, 26.
in principio commenti, vbi dicit. Quod materia est de ge
nere relationis. Ad declarationē huius, vide illa quae no
tauī in commento septimo Primi Libri. Et forte materia
est de generē relationis quō ad suam cognitionem, quia
ipsa cognoscitur per analogiam ad formam: & hoc suffi
cit Philosopho ad suam probationem. Vel forte intelli
git quod potentia, quae est eius differentia substancialis,
est de genere relationis, idest potentia eius ad formā, non
potentia eius in seipso: quia ipsa non est talis potētia nec
habet eam, & bene confydera illa, quae notaui. Item
in commento parumpost. vbi dicit. Ad quem igitur or
dinem oportet Naturalem peruenire in scientia formarū
& non pertransire illud, scilicet in scientia quidditatis &c.
Patet quod Naturalis cōsyderat de quidditate rerum ma
terialium, & ideo dicit immediate post hoc, non in scien
tia eius, quod est esse: id est, quia esse omnium formarum
tam separatarum quām non, probat à Naturali, sed quid
itas materialium tantum cōsyderatur à Naturali. In
commento, 47. vbi loquitur de casu & fortuna contra
Aucennam circa principium commenti. Nota quod in
nuit hic Cōmentator, Sicut sit diuisio de effectib⁹, ita de
bet fieri de causis: q̄a casus & fortuna sunt causæ. Et ideo
Commentator reprehendit Aucennā quod dixit quod
in eis quae sunt æqualiter contingentia inueniuntur casus, &
si sic, esset aliqua causa æqualiter contingens. Contra q̄d
formæ &c. Nota q̄ hoc sic intelligo ad pr̄sens, tempus enim est quantitas continua, seu sequens quantitatem continuam, eo modo quo prius est dictum, quæ quantitas seu duratio habet ex sua natura quædam, quæ comprehendunt quantitatē discretā, scilicet minimum, ut dictum est, hoc enim inest temporis fm q̄ est numerus. Est enim numerus non simpliciter sed numeratus: de natura enim temporis est habere partes non simul, sed vnam priorē, reliquam posteriorem. & hoc habet per duo instantia, ut dictum est. Linea autem habet hoc à pūcto uno: quia eius partes sunt simul. Nota tamen, q̄ istam diuisionem & numerationem habet tempus extra animam potentia-
liter seu aptitudinaliter non in actu, sed habet hoc actu-
liter per animam. Quod autem hoc habet actualiter ab anima patet, nam ipsum est quid continuum, non diui-
sum, nec extra animam habet aliquid partem simul &
fortiori priores & posteriores simul: quæ partes sunt
numerus numeratus. Quid autem hoc habet ex se apti-
tudinaliter patet. Nam ipsum est quædam duratio suc-
cessiva habens in se instantia continuantia ipsum, & per
quæ est aptum ut diuidatur per intellectum, non in re,
sicut linea per punctum. hoc etiam patet per rationem
Commentatoris post, Tempus ergo extra animam est
numerus numeratus in potentia: numerus autem nume-
ratus sunt hæc duo prius & posterius. Tempus ergo est
compositum ex quantitate continua & discreta, non in-
telligendo per discretum numerum simpliciter, sed illa
duo, fm q̄ in eis coniungitur numerus, scilicet prius &
posterior. Est ergo tempus quid continuum, cui inest di-
uisibilitas & numerabilitas: & est numerus numerabilis
seu numeratus. & hoc per suam naturam. Numerabi-
litas autem seu numerus est quasi forma. Quia, si non es-
set diuisibilis & numerabilis non haberet prius & poste-
rius, quidditas autem temporis consistit in priori & po-
steriori, diuisibilitas etiam quasi fundatur in continuo.
De dictis modernorum non curio. Inconveniens enim
esset tempus componi ex ipsis, si tempus esset numerus
simpliciter, sed si sit numeratus non est inconveniens, nā
quantitas continua ut diuisibilis in duo, est numerus nu-
meratus: habet tamen rationem formæ ut numerus nu-
meratus, ut dictum est. & hæc duo requiruntur ad esse
temporis, scilicet continuitas & prius & posterior. Vl-
de commentum. 115. &c. 112. &c. 114.

Tpi q̄ nu-
meratio ex-
te, vel ex-
aīs opere
conueniat,

Com., 110.

Com., 113.

Com., 114.

E pr̄cedenti, & commento. 101, maxime localis. Et forte ipsum mensurat quantitatē motus, cum sit facta ima-
ginatio dicta in commento pr̄cedenti, & forte vult di-
cere, quod mensurat partes motus, quæ sunt quodam-
modo quantitas discreta, scilicet ut est diuisibilis & ha-
bens partes diueras & priores & posteriores saltem ma-
terialiter, & subiectivæ, scilicet motus localis. Et vide cō-
mentum. 121. vbi innuitur, q̄ quamvis motus sit quan-
tus, tamen quantitas accedit motui, id est, ut ad presens
intelligo, quia tempus quod est per se quantum est acci-
dens motus. vel quia mensura est per se quanta, circa
quam sit motus, & pertransitio, vel mensurat quantita-
tem quam habet à tempore per aliquod tempus notum
& determinatum. Vel forte intelligitur hoc modo, s. q̄ nos dicimus motum esse longū & breve, quia est in tem-
pore longo & brevi. & hoc modo mensuratur quantitas
motus per tempus motus, non quia habet aliam quanti-
tatem quam sit quantitas temporis. Vnde tempus est
quantitas continua motus secundū q̄ in ipsa quantitate
est diuisibilitas secundū prius & posterius seu diuisio. &
hæc quantitas isto modo est passio motus, ut post decla-
ratur. Accidit tamen temporis mensurati per motum, si
cut dicimus, q̄ tempus est longum, in quo sit motus lon-
gus. & hoc accidit in qualibet mensura & mensurato, sci-
licet quod mensura mensurat mensuratum per se, & men-
suratum mensurat per accidens. Nota etiam, q̄ prius &
posterior in motu est præteritum & futurum, & nihil
altius, instans enim separat prius à posteriori: quod instans
est finis præteriti & principium futuri. In commento
117, in principio, vbi dicit. Omne quod est in tempore
est in eo in aliquo numero, & omne quod est in aliquo
numero &c. Vult dicere, ex quo tempus, longius sal-
tem, potest mēsurare maius illo. Præterea, Illud quod
est in tempore est inter duo instantia: quodlibet autem
instans est medium iter præteritū & futurum. ergo &c.

F Per accidēs
t̄ps p motū
mēsuratur,

Præterea, Exemplum Philosophi de loco. & vide cō-
mentum. 122. In commento. 118, vbi dicit. Quod esse
alicuius in numero est, ut illud, quod est in numero, ha-
beat aliquem numerum, qui mēsurat essentiam eius per
essentiam intelligit esse. & vide commentum. 116. et. 117.

G Item in eodem cōmento parum post, vbi dicit. Qui-
escens est in tempore, i. quiescens aliquando ut prius. Et
parum post vbi dicit. & similiter motum, i. aliquando.

In commento. 121, vbi dicit. Quia excedit esse horū,
& esse subiectorum: quæ nata sunt, ut in eis inueniantur
ista. Vult dicere, q̄ est non esse istorum, ut declarat sta-
tum. Item in eodem commento, vbi dicit. Cum au-
tem priuatio eius accipitur in respectu possibilatis eius
in prima materia inuenitur infinita in præterito, id est,
& sic non est in tempore. Item in eodem commento
parum post, vbi dicit. Illud autem, per quod mensuratur
esse alicuius secundo, & sunt illa quæ reciprocant, id est,
secundum speciem, vt elementa: quia subiectum eorum
propinquum est materia prima. In commento. 128.

H vbi dicit. Quoniam transmutatio alicuius extrahit illud
ab illo, cum quo est hoc, sic intelligo. Transmutatio trans-
mutat ens, quod existit, à sua natura seu dispositione, siue
illa dispositio sit actus, siue nō ens: & ideo corruptit per
se: quia per trāsimutationem per se remouetur dispositio
contraria. Item in eodem commento, vbi dicit. Ideo
homines attribuunt ipsum tempori. Secundum hanc cau-
sam seu signum videtur q̄ genita per putrefactionem, q̄
generatio eorum attribuitur tempori: tamen secundum
causam tam prius dictam, quæ fundatur in ratione natu-
rali: talis generatio non attribuitur tempori nisi modo
iam dicto. In commento. 129, vbi dicit. Quoniam Com., 129.
non dicitur, q̄ illud quod mouetur in circulo, est ve-
locius per circulum, intelligit circulariter. In com- Com., 130.
mento. 130, in fine commenti, vbi dicit. & quod est mo-
tum in actu tempus inuenitur in eo in actu, id est, non
tanquam in subiecto, sed tanquam numerus seu men-
sura

M.
A.
n.
q.

sura, nisi in primo mobili: tamen etiam in ipso non est accidens extensum, sicut albedo in pariete: hoc tamen vltimum non simpliciter affirmo, & vide commentū: 134.

In commento, 131, vbi dicit, Aut actio numerantis in numerato, id est, non in numerato, tanquam in subiecto: quia subiectum, in quo fundatur, est anima: sed est circa numeratum. Item parum post hoc in eodem commento, vbi dicit, & cum manifestum est q̄ numerus nō est numeratum, ergo est actio numerantis in numerato. Ex hoc nota de natura numeri. Et vide commentum, 68. Tertii. Et per hoc remoue multos errores modernorum. Et vide commentum, 135. Item in eodem commento, vbi dicit, Sed esse eius extra mentem est in potentia propter subiectum proprium, id est, q̄ res numeratae sunt aptæ natæ ex sua natura, vt eas anima numeret per diuisibilitatem earum, & diuisibilitatem in actu seu in potentia. Et ideo hæc numeratio non est figmentum, immo intellectus intelligit res, sicut sunt aptæ intelligi. In com-

mento, 132, vbi dicit, & siue motus fuerit generatio aut corruptio. Nota, q̄ non intellexit per generationem subl tam seu instantaneam productionem formæ, sed forte intelligit alterationem præcedentem formæ substantialis sue aggregatum, vt pater in fine commenti. Item in eodem commento parum post, vbi dicit. Quoniam est numerus aliorum motuum per translationem, &c. Nota, q̄ in sua summa in hoc libro ponit hæc verba. Et quoniam declaratum est de dispositione temporis, q̄ est numerus motus secundū prius & posterius, forte dubitabitur. An est numerus cuiuslibet motus, scilicet q̄ inuenitur in quolibet motu. An numerus vnius motus. Si enim nos posuerimus ipsum numerum inuentum in quolibet motu, sequeretur q̄ tempus multiplicaretur secundū multitudinem motuum, & essent instantia multiplicata etiam. Tempus autem in omni loco est vnum & coniunctum seu continuum, & si poneremus vnam esse numerum vnius motus tantum, sequeretur q̄ non cognosceret tempus ille, qui non cognoscit hunc motum. Et ideo debemus ponere ipsum non multiplicatū secundū multitudinem motuum, sicut numerus qui nō diuiditur seu multiplicatur per diuisione subiectorum eius neq̄ multiplicatur per multitudinem eorum, sicut etiam verbi gratia, cum accipimus ipsa. per. 10. equos &. 10. asinos, &. 10. tunicas, nam diuisio eorum est vna, & non sunt in hoc, sicut accidentia quæ diuiduntur per diuisiōnem subiectorum eorum, sicut albedo & nigredo: & hoc est necessarium in ipso. Quoniam ipsum est numerus motus vniuersalis, quod intelligit intellectus, q̄ omnia entia transmutantur per ipsum. & q̄ ipse continet omnes motus. Et ipse non indigeret in sua cognitione vt sit motus proprius & contrario illius, quod accidit ei, & cum accipitur determinatus, nam ipse deberet attribui motui noto, vt sit notum. Et quia quidam motuū sunt priores quibusdam, & esse eorum est magis famosum seu notum, & primus eorum est motus translationis, & isto, motus corporis cœlestis. Et isto, motus diurnus: & quia mensurans debet esse minus quolibet mensurato in illo genere: & magis remotum ab eis oportet vt accipiatur determinatum secundum motum huiusmodi, nam per ipsum mensurat motus proprius & determinatus. Et hec est dispositio coeli cum reliquis motibus: & si esset hic motus velocior in ipso, ipse esset mensurans, & non aliud. Sed quia numerus huius motus est prior reliquis numeris motuum, ita q̄ esse eius est primum & per se & numerus aliorum est secundarius, & mediante isto motu sequitur q̄ ipse sit mensurans seu numerus. Et hoc apparet: nam dies & mensis & annus non sunt nisi partes temporis, quæ sequuntur motum corporis cœlestis. Et accidit huic cum hoc, quod est vnum, q̄ sit famosum apud gentes, nam iste motus est, per quem, & per cuius tempus mensurantur reliqui motus, & reliqua tempora, & res per quam mensuratur res, cum hoc, quod debet esse

A de genere mensurati, oportet de necessitate vt sit prima in illo genere indivisibilis, nam est mensura in natura, sicut vnum in numero. Et ideo iste motus debet esse prior reliquis motibus, & tempus eius quod est dies & nox est mensura reliquorum temporum: & q̄ tempus mensurat istum motum primo et per se, & mensurat reliquos motus secundario & mediante isto motu. Et ex hoc apparet quomodo mensurat reliquos motus. Item Commentator in libro *Destructio Destructionum* in prima quæstione dicit. Præterea tempus non sequitur motum, sicut finis sequitur magnitudinem, nam finis sequit ma-

Tps motū
nō sequitur
sicut finis
magnitus
dinem.

gnitudinem, quia inuenitur in ipsa sicut accidens inuenitur in suo subiecto demonstrato: & hoc & ipsum est hoc, demonstratum per demonstrationem sui subiecti: & est in loco, in quo est suum subiectū, & non est in consecutione temporis ad motum. Sed consecutio temporis à motu est magis similis consecutioni numeri ad numeratum, scilicet sicut non transmutatur numerus propter transmutationem rei numeratae, neq̄ multiplicatur per suam multiplicationem. Et hæc est dispositio temporis cum motu. Et ideo tempus est vnum cuiuslibet motus, & mobilis. Et inuenitur in quolibet loco, ita, q̄ si imaginari fuerimus homines incarcерatos à pueritia in aliqua spelunca terræ, nos diceremus omnino q̄ ipsi non cognoscunt tempus, si non cognoscunt aliquem motum sensatum qui est in mundo. Et ideo vider Aristoteles, q̄ esse motum in tempore est magis simile numeratorum in numero. Nam numerus non multiplicatur per multiplicationem numeratorum, neq̄ demonstratur & locus per demonstrationem locorum numeratorum. Et videtur, q̄ propter hoc est proprietas eius, vt sit mensura motuum, & mensura esse motuum mobilium in eo q̄ mobilia, sicut numerus mensurat ipsa. Et ideo dicit Aristoteles, in definitione temporis, q̄ est numerus motus per prius & posterius, quæ sunt in ipso, id est in motu: & cum hoc sit ita: sicut si nos posuerimus aliquod numeratum productum non sequitur, vt sit numerus productus, sed sequitur si sit numeratum vt sit ante ipsum numerus: ita sequitur, si sit hic motus nouus vt sit ad ipsum tempus: & si produceretur tempus per esse aliquus moti demonstrati, quicunque fuerit, esset tempus cognitum cum illo motu: hoc facit te intelligere, q̄ natura temporis est multum diuersa à natura magnitudinis: hec sunt verba eius. Vnde, quāvis omne accidens subiectū fundatum in ipso subiecto corporeo est extensum & diuisibile, & multiplicatur per multitudinem subiectorum, non tamen hoc oportet de accidenti, quod est passio motus, non secundum partes extensas per extensionem subiecti, sed secundum prius & posterius. Et maxime, quia hæc passio non habet esse extra animam nisi in potentia: ita q̄ motus habet aptitudinem seu dispositionem circa quā intellectus versatur, & facit tempus in actu, non tamen dico ipsum esse passionem motus in eo q̄ motus, sed primum motus: numerat tamen quilibet motum. Sed de hoc iam alias dixi. Item in eodem loco, vbi dicit. Quia est numerus translationis. Quoniam translatio &c. Nota q̄ forte hec est differentia, quia si motus translationis sit, tempus est, et si non, non. In reliquis autem motibus non sic est. Si enim ipsi non sunt, adhuc tempus est: & hoc est ita, quia si motus localis non est, nullus motus est, non e contra. Dixi autem hoc, quia si per imaginationem reliqui motus essent, & non localis, forte esset tempus: quamvis in re non sit ita, hoc tamen non affirmo, quia scientia Philosophi & Commenta. videretur omnino esse quod sequitur primum motum: quamvis sit numerus cuiuslibet motus. Et bene cōsidera, & de hoc multa dixi alias. Item in eodem commento parum post, vbi dicit. Et, quia sequitur motum simpliciter, quicunque sit, necesse est &c. Nota q̄ intelligo, q̄ tempus sequitur motum quicunque sit, non vt verba facient, sed eo modo, quo ipsem declarat in cōmento, 100, in solutione dubitationis. Item

Tps sequit
primum mo
tu & est mē
sura cuiusli
bet motu.

QVINTI PHYSICORVM

150v

in eodem commento parum post, vbi dicit. Sed si posuerimus ipsum esse numerum cuiuslibet motus, cum fuerit numerus alicuius moti demonstrati, & in illa hora mouetur aliud motu æquali ei, tunc tempus erit numerus utriusque illorum motuum. Et sic multiplicabitur per multiplicationem eorum, & sic essent duo tempora insimuli: quod est impossibile. Nota, q̄ ex hoc expresse apparet q̄ Iohannes Landinus & Burleus, dicunt tempora esse multa, non tamē primum tempus. In commento, 133, vbi dicit, Sequitur, vt tempus istius motus sit prius cæteris temporibus, numerans illa, id est, q̄ tempus prius & principaliter attribuitur seu mensurat primum motū alij motibus, vt patet in commento præcedenti: neque aliud sequitur ex premisso, & considera, Iohannes autem de Landuno, & quidam alij moderni dicunt, q̄ tempus non est omnino unum numero, sed aliud & aliud numero in diuersis, quæ actu mouentur. Et hoc sic nittitur probare supponendo primo, quod nihil mensuratur aliqua quantitate successiva, nisi ipsum sit quantum & successivum, id est, quantitas successiva, secundo, q̄ unusquisque istorum motuum inferiorum proprie dictorum mensuratur tempore tertio, q̄ nihil est quantum successivum, nisi per quantitatem successivam & inexistentem, quarto, q̄ nulla est quantitas continua successiva nisi quantum succedens per primam suppositionem. Sed omnis motus proprie dictus vel est quantitas successiva, vel quantum succedens, vel habens in se quantitatem successivam, ergo omnis motus proprie dictus idem est tempus vel quantum succedens. Si autem sit tempus, tunc, cum plures & diuersi sint motus numero, plura & diuersa erunt tempora. Si dicatur q̄ est quantum successivum, cum nihil sit quantum successivum nisi per quantitatem successivam sibi inexistentem, sequitur q̄ omnis motus habet in se quantitatem successivam sibi inherenter. Talis autem quantitas est tempus, vt dictum est, ergo omnis motus proprie dictus habet in se tempus.

Item arguit sic. Nihil est æquale quantitati successiva, nisi sit quantitas successiva aut habens quantitatatem successivum sibi inherenter. Sed omnis motus proprie dictus istorum inferiorum est æqualis alicui tēpori, quod est quantitas successiva: ergo omnis talis motus aut est quantitas successiva, aut habet in se quantitatatem successivam sibi inexistentem. Sed quia hæc dicta sunt contra Philosophum & Commentatorem, vt patuit, respondebo magis specialiter: quamuis per iam dicta appareat corruptio istorum. Et dico, quod prima suppositio est vera, primo & principaliter. In alij autem sufficit q̄ habeant quantitatē à mensura, circa quam sit motus, siue habeant qualitatē eo modo, quo dicit Commentator in commento, 15, scilicet quād fuerit tempus imaginatum extensum &c. Vel sufficit quod sit quantum non per quantitatē in eo existentem, sed per quantitatē temporis primi, ita q̄ per replicationem numeratur motus, nec tertia suppositio est simpliciter vera, vt patet. Ad secundam rationem dico, q̄ motus dicitur æqualis alteri, quia æquale spatium in æquali tempore pertransiuit. Et ideo hæc ratio nulla est. Et considera ea quæ notaui.

S V P E R Q V I N T U M L I B R U M

A N N O T A T I O N E S.

Ircalibrum Quintum commento, 3, vbi dicit. Et similiter primum motum dicitur his duobus modis. Nota q̄ in septimo libro videtur dicere, q̄ hic intendit per se motum illud, quod mouetur secundū omnes partes, & non quia pars mouetur: & ipsa mouet totum. Item in eodem loco parum post, vbi dicit, Sed hic intēdebat per motum primum illud quod est per se simpliciter, id est, vt intelligo non primo tamen, ipse enim posuit in principio commenti loco de primo per se, & dixit, q̄ hoc intel-

*E*igit Philosophus per primum. Vnde per primum inteligit hic Philosophus per se, per se autem intelligit motū, quod non dicitur moueri, q̄ pars eius mouetur: & etiā q̄ non dicitur moueri per accidens, scilicet quia accidit alicui q̄ mouetur per se, sicut dicitur, verbigratia, Albū mouetur ad caliditatem seu musicus currit. Non enim mouetur seu currat secundū q̄ musicus, sed secundum q̄ animal, verbigratia, Cui accidit vt sit musicus: accidit enim musico secundū q̄ musicus currere, & hæc duo simili modo requiruntur ad hoc q̄ sit per se motor, hoc enim sufficit hic Philosopho ad suum propositum, vt inuitur in primo commento, & non euro nunc de dictis Burlei. Sed dices, quid est primum motū, ex quo per se motum habet duo iam dicta: Dico, q̄ ultra hoc requiritur q̄ non moueat ad motum alterius, vt verbigratia, homo æquitrans, & hoc videtur necessariū: quia iam dictum est, q̄ quod mouetur, quia pars eius mouetur, reducitur ad per accidens, ergo quod per se mouetur, non mouetur, quia pars eius mouetur, ergo per se mouetur secundum totum mouetur: non ergo dicitur primo moueri proprie accipiendo ly primo, quia totum mouetur, dato q̄ hoc requiritur: vnde Philosophus intendit per ly per se motum hic quod mouetur etiam secundum omnes partes: & hoc est quod dicit Commentator per se simpliciter: & hoc est quod dicit in fine commenti, 5, vt notaui: vnde per se simpliciter, id est, non per aliam naturā etiā: non tamen tollit aliam causam seu alium motorem, forte tamen dicta Burlei non sunt omnino falsa, & tu considera: & vide commentum, 27. Octauī. Et videtur q̄ veritas sit omnino, q̄ dupliciter dicitur sic aliquid esse per se motum, seu primum. Vno modo, vt opponitur ei per accidens, scilicet illud quod mouetur, quia pars eius mouetur modo dicto in textu, et etiam vt cursus, verbigratia, attribuitur medico, quia non currit vt medicus, vt dicitur in textu, & sic loquitur hic Philosophus. Alio modo

*G*accipitur vt opponitur illi quod mouetur propter partē eius sic intelligendo, q̄ primum est illud quod mouetur: non quia aliud eius mouetur per se seu potest moueri. Sed illud quod ita est motum q̄ minus illo non mouetur seu non potest moueri: & tale est minimum in unaquaq̄ specie: & dicitur primum motum & simplex, quia non componitur ex alij motis seu minimis: & dicitur primum, quia ratione totius competit ei motus seu posse moueri non ratione partis eius, sed vt tale totum: & huic opponitur moueri per partem, id est, q̄ pars illius mouetur seu potest moueri per se, & tale est compositum ex multis primis motis seu minimis, & sic loquitur in, 7, commento primo & secundo, & de tali primo moto seu per se non loquitur Philosophus in hoc quinto, sed loquitur de illo quod est per se motum tantum, id est, non primum intelligendo per primum illud quod mouetur, quia est in ipso pars aliqua, quæ est, seu potest esse primum motum, vt dictum est, vnde primum, vt sic, addit supra se, vt in quinto loquitur de per se, seu dicit aliam rationem, & hec omnia innuit Commentator hic & in septimo. In eodem commento, vbi dicit. Et ista alietas est ei primo & essentialiter, per accidens vero &c. Circa hoc nota q̄ intelligit hic per motum transmutationem: forte vult dicere, q̄ materia, quæ mutatur & forma fiunt idem per se. Accidit tamen forte materia vñtrī huic formæ, non tamen hæc forma est accidentis in hac materia, & forte dixit, q̄ est per accidens, quia non accidit hoc nisi transmutationi substantiali: & forte vult dicere idem specie, vt quando calidum mouetur ad maiorem caliditatem: hoc tamen est per accidens, quia minus calidum non mouetur ad intensiorem caliditatem nisi per accidens, scilicet quia non mouetur secundum q̄ calidum, sed secundum quod frigidum, & forte hæc totalis caliditas est vna numero, ita quod in fine motus est vna totalis caliditas. Videatur enim esse clarum, q̄ prior gradus est tanquam materia posterioris, & ideo, sicut materia identificatur cum

Primū mo
tū quid sit,

Com. 133.



Com. 3.

etum forma, scilicet substantiali & sit unum per se, ita similiter hic: sed sicut materia non est omnino idem cum forma, immo alia est natura materia à natura formæ, ita in proposito isti gradus non sunt omnino indivisibiliter unum, ex eo tamen sit seu resultat unum totale per se. & videtur quod magis ex ipsis gradibus sit unum q̄ ex materia & forma, & per hęc soluuntur multa circa hanc materiam. Burleus tamen ponit alias expositiones: & videatur mihi quod intendit Commentator dicere, q̄, quando aliqua pars motus est introducta, capiendo motum pro forma fluente, tunc illa pars motus mouetur ultius per accidens ad motum subiecti, & vide commentum quintum. Item in eodem commento, vbi dicit. Deinde illud ex quo est motus, id est, quod est ultimum respectu istarum causarum. In commento. 4. vbi dicit, & non nominatur à nomine eius ex quo est. Nota, q̄ causa huius iam tacta est in commento præcedenti, vbi dicit. Cum ab hoc separatur &c. In commento. 5. vbi dicit, & propter transmutationem sequentem illas, existimat q̄ albedo est motus, & sic motus ad illam erit motus ad motum, & quia manifestum est q̄ albedo &c. Vide commentum. 4. Tertij, & commentum. 9. huius, & nota, q̄ albedo est motus materialiter sumptus, ut ei cōiungitur potentia & fluxus, vt dicitur commento. 9. & ideo non negatur hic modo formam fluentem esse motum capiendo motum materialiter: nec etiam est falsum ad motum sic sumptum esse motum formaliter sumptum, immo quilibet perfectio noua permanens acquiritur per motum sive mutationem, capiendo motum formaliter, sed negatur q̄ forma est motus formaliter sumptus. Si enim esset motus formaliter sumptus: tunc ad motum formaliter sumptum esset motus: quod improbabitur post. nam albedo & reliquæ formæ permanentes acquiruntur per motum, si ergo esset motus formaliter sumptus, tunc esset motus ad motum formaliter sumptum. Verum est etiam q̄ albedo & similia, secundum q̄ formæ, non sunt motus aliquo modo sumptus, nā formæ, vt sic sunt quietescentes & non sunt motus aliquo modo, nisi sit in eis fluxus & potentia coniuncta actu: & forte motus formaliter sumptus non est ad motum materialiter sumptum: quia non est tanquam ad terminum nisi ad formam quietescientem, sed de hoc infra magis: & vide suam summam in quinto, & vide commentum. 15. & 34. Item in eodem etiam commento parum post, vbi dicit, & qui finit ipsam moueri &c. id est, per se, vt dixit in commento præcedenti, vel secundū quod forma, vt notauit. Item in eodem commento in fine commenti. Et intendit hic per primum & essentiale &c. id est, non per aliam naturam, & adiungetur huic, nec per causam medium, hoc tamen modo non oportet conclusionem esse primam, sed bene præmissas in demonstratione simpliciter, cōclusio tamen est prima, id est, non per aliam naturam, vt ipse declarauit bene in primo Posteriorum, hic autem intelligit per primum, non per aliam naturam. Et tale est etiam per se, id est, essentiale. Idem commento. 7. vbi dicit, de non esse in non esse, non esse enim, id est, simpliciter dicit. Idem in eodem commento, vbi dicit, possibile est etiā dicere in eis, quæ opponuntur secundum contrarietatem illa transmutari &c. Nota, q̄ hoc est tamen per accidēs, vt dicit in commento sequenti: & vide commentum. 51. & 55. Item commento. 8. vbi dicit. Quoniam generatio & corruptio numerantur in una specie, id est, non tamen sunt secundum unitatem, saltem in specie specialissima. Item in eodem commento, vbi dicit, non inuenitur in eo transmutatio omnino, id est, motus, vt innuit superioris. Item in eo eodem commento parum post, vbi dicit. Ergo hic non est idem subiectum formæ aquæ, vult dicere in actu demonstratum, ita q̄ non est aliud subiectum motui in actu, à principio usq; ad finem, vt dixit parum supra & post. Item in eodem commento, vbi dicit, q̄ est causa in hoc q̄ transmutatio in ea non est mo-

Atus & generatio eius est à non ente per accidens, & gen-
ratio eius ab ente in potentia. Nota, quod ex hoc videtur quod
generatio simpliciter est primo & per se ex ente in poten-
tia primo & per se ad ens in actu. Generatio autem secun-
dum quid est à contrario positivo per se ad contrarium
positivum. Vnde ambæ generationes sunt ex non ente
per accidens, ut dictum est etiam supra. semper enim di-
cit Commentator intelligo per non ens, ens in potentia:
& vide commentum, 7. neque contrarium huius dictum
est à Commentatore, si tu intelligis sua dicta. In com-
mento, 9. vbi dicit, Quod transmutatio, quæ est motus,
in primis est a se, & secundum est a se.

Com., 9.

B in rei veritate est inter opposita media, id est, ut intellico, per se. Et vide commentum, 7. & 8. & intelligo per media secundum formam, vel magis & minus. Item in eodem commento, vbi dicit. Et videtur quod sit potentia ad unumquodque praedicamentum &c. Nota quod in media sua expositione in fine, 7. Metaphysica in quibusdam traductionibus, & in 8. versus medium & versus principium in, 11. ibidem enim declaravit hanc propositionem, scilicet quod potentia in qualibet genere est in primo genere, in quo est actus. Item in eodem commento paulo post vbi dicit, Secundum vero quod motus est forma in hac materia. Nota quod intelligo circa hanc materiam, non materiam in qua: quia illa est subiectum quod transmutatur, motus autem materialiter posterior est natura transmutatione, quae acquiritur: ideo impossibile est ut motus materialiter sit subiectum motus formaliter. Dicitur autem forma, quia motus, secundum quod motus, dicit transmutationem. Unde esse motus, ut motus, consistit de necessitate in transmutatione: ideo motus formaliter est illa transmutatio seu passio non perfectio diminuta, quia illa stat post motum in quiete: & ideo motus pro fluxu formae se habet ut forma respectu motus materialiter. Praterea, cum dicimus fluxum formae, forma se habet secundum hoc tanquam subiectum & fluxus tanquam

C forma. Vnde & in accidentibus, scilicet in definitione eorum, subiectum ponitur in ultimo, & vide commentum. 34. Item in eodem commento in fine commenti, vbi dicit, Ponentes vero receptionem esse prædicamentum passionis non bene fecerunt &c. Nota, qd Commentator intellexit de prima opinione, qd dixerunt receptionem potentiam receptiuam, nam receptio non compleatur nisi per potentiam receptiuam, & transmutationem siue passionem et per receptum: ipsi autem non dixerunt transmutationem neque intellexerunt de recepto: & hoc est manifestum. ergo intellexerunt potentiam receptiuam, & huic contradicit Commentator. In commento. 10, versus finem commenti, vbi dicit, Quia relatio, quæ accidit ei, est propter suam transmutationem in loco per accidens. Est igitur virtusque per accidens &c. id est, qd relatio non est motus per se, etiam in illo, quod per se mouetur: nam quamvis per se mouetur ad locum, quia

Comics

D est eius terminus, non tamen est ad relationem per se. Accidit enim ipsi, q̄ mouetur per se ad locum acquire relationem per illum motum. Vnde hoc mouetur per se tantum in loco. In commento.13.versus finem,vbi dicit. Et cum prima transmutatio non erit, non erit consequens, &c. Nota quod intelligo, quando prima non est dabilis, si sint causæ per se, vltima non est dabilis. Siue enim ponatur omnes esse simul siue nō, sed vna post aliam, semper est impossibile procedere in infinitum. Sequitur enim si sint causæ per se, vt causatū sit sine causa. Vnde ex quo sunt per se, si prima non est dabilis, neque vltima, sed prima non datur ex quo sunt infinitæ causæ. Vnde,cum albedo per se terminat dealbationem, & dealbatio per se est causa albedinis, si dealbatio non est aliquando dabilis, non esset aliquo modo albedo, & si albedo est dealbatio, fuit aliquando vel est, & ideo dicta Burlei hic, non sunt bene dicta omnino. Et vide cōmentum.15.8.Cum hoc tamē stat quod causæ essentialiter ordinatæ debent esse simul & finire.

VI

QVINTI PHYSICORVM

157v

- Com. 15.** *vt ponitur commento. 46.8. In commento. 15. vbi dicit. Quoniam, si in transmutatione de albedine in nigredinem, sequitur vt nigredo sit transmutata &c. Vult dicere, quando deducitur de potentia ad actum, quando tamen est producta est forma quiescens, vt dicitur commento. 5. Ipsa tamen non mouetur, sicut mobile mouetur: non enim est subiectum motus, vide commentum. 5. & 3. & 34. In commento. 22. vbi dicit. Contiguatio, vero mathematica est in magnitudinibus, quorum ultima superponuntur. Circa hoc vide commentum. 9. Quarti, & 2. Sexti, cum autem dicit. Si igitur fuerint corpora superponentur superficies eorum contiguae: & si superficies superponentur linea, & linea supponentur puncto, si dicimus punctus superponitur puncto. Sed hic non intendit mathematicum, quoniam in mathematicis duo ultima reuertuntur in unum &c. Hoc sic intelligo. Ex quo enim unum indiuisibile tangit aliud secundum se totum, ita quod quodlibet sui tangit quodlibet alterius, ex quo sunt indiuisibilia, secundum ergo istam considerationem duo puncta, immo infinita se tangentia fiunt unum punctum, sed hoc non est in natura, quia non inueniuntur omnino indiuisibilia, saltem in actu: sed Mathematicus considerat lineas & superficies, & reliqua, secundum quod sunt abstracta a materia, saltem per intellectum. Et ideo dicta Burlei non sunt ad propositum: nullum enim indiuisibile Mathematicae consideratum tangens aliud distinguitur ab illo. immo, si infinita indiuisibilia actu extra animam tangerent se, non esset ex his nisi unum indiuisibile, ut pater in. 6. huius, secundo, immo neque punctus tangit proprium punctum, sed reuertuntur ad unum, si essent tangentes, & vide commentum. 30. Item in eodem commento. vbi dicit. Et interest illud ad quod transmutatum transmutatur primo. Nota, qd non dicit tamen hic qd datur primum simpliciter. In commento. 23. vbi dicit, & in continuo: forte vult dicere in istis, quae continue mouentur in aliquo tempore. Item circa hoc quod dicit immediate post. Quia plura continua continue deficiunt aliquantulum in intentione, id est, ut intelligo in materia circa quam mouentur, scilicet qd ille motus non est continuus simpliciter: quia non est unus, tamen mobile continua mouetur secundum tempus vere, vel apparenter: non enim ambulatio est una numero, sicut voluntio, vide commentum. 40. & 41. In commento. 26. vbi dicit. Quoniam tangentia sunt de speciebus diuersis id est, intelligi possunt, etiam de speciebus diuersis. Item in eodem commento. vbi dicit. Et ista continuatio non est naturalis, id est, sic considerata ut mathematica, nam ista, ut sic, non sunt extra animam, saltem in actu, natura autem sunt extra animam, & sunt materialia. In commento. 28. in principio, vbi dicit. Quoniam omne tangens est sequens. Vult dicere, non tamen sequens, in quo est ordo prioris & posterioris. Item in eodem commento, vbi dicit, & quia adunatio est &c. Ego intelligo per adunationem unionem cōpletam, verbi gratia, duas partes corporis, seu linea, habent terminum cōmunem, & sunt continua. Sed postea, cum una pars apponitur alteri & continuatur una pars cum altera, secundum totam longitudinem seu latitudinem, ita qd una pars, quae fuit extra aliam totaliter, nisi quod fuit unum ultimum cōmune inter illas non amplius est extra illa saltem illa significata, & hoc est quando corruptitur terminus communis prior & fit adunatio illarum partium omnino sicut possibile est fieri. Hac autem adunatio non est nisi post continuationem, ut cum duas partes aquae continuantur postea commiscentur, & corruptitur media superfcies & vniuntur. In commento. 33. in principio, vbi dicit, & in motu circulari non est ex quo, & ad quod vult dicere, qd non est in corpore circulari, quod mouetur circulariter, aliquis punctus magis dignus, ut sit principium qd finis, sed quilibet punctus est principium & finis, similiter etiam quod mouetur super lineam circula-*
- E** rem. Item in eodem commento immediate post, vbi dicit, & est dictum in definitione motus, qui est idem in specie, qd est illud &c, id est, qd ambo termini, ex quo sunt eiusdem speciei, & etiam termini ad quos sunt ambo eiusdem speciei. In commento. 38. circa hoc, quod dicit. Quod sequitur plures actiones esse a pluribus formis, & nullus existimat &c. Nota hoc non videtur tutum, si enim est possibile, qd sint ab eadē forma plures actiones, non essent necessarie, ut plures actiones sint a pluribus causis. Et ideo ponens vel dubitans unum ponit vel dubitat reliquum, nisi forte ignoret consequentiam, quae tamen videntur per se nota, & ideo reliquæ expositiones, quas ponit sunt meliores. In commento. 52. vbi dicit. Et contrarietas eius differret a contrarietate extremi in hoc &c. Videtur quod sit de mente Commentatoris, qd colores mediū differunt specie ab extremis & inter se, verbi gratia, Rubedo & viriditas, ut innuit in multis locis, & aliqualiter commento. 31. Cum hoc tamen dico, qd extrema sunt in eis secundū gradus remissos, non tamen sequitur, qd omnes motus ab albedine sint eiusdem speciei, nisi illi, qui terminantur actualiter ad nigredinem, vel qui non quiescunt in aliqua forma media. Quamvis enim motus ab albedine ad rubedinem sit ad nigredinem, quae est in rubidine, non tamen est ad nigredinem simpliciter, sed ad nigredinem, quae coniuncta alteri constituit speciem rubedinis, & sic de similibus, neque omnes dealbationes sunt eiusdem speciei, nisi quando terminus actualis, ad quem cessat motus: & sic quies sit eiusdem speciei. Et vide commentum. 32. Sexti. Nota tamen qd Commentator in sua summa Tertiū Meteororum dicit, qd medium dicitur secundum duas species. Una earum est vera, & secundum prius: & hoc est medium inter duo contraria, cuius esse est per compositionem seu complexionem duorum extremon: & quidditas eius differt a duobus extremis, & exemplificat sicut viridis color. Aliud autem dicitur similitudinarie, & secundum posterius, & illud est medium secundum quantitatem tantum & diversificatur a duobus extremis secundum magis & minus. Commentator ergo dicit aliquid medium, non tamen propriæ, non esse diversæ species ab extremis, & videtur, qd hoc sit vel minus album, vel nigrum per admisionem contrarij: non tamen constituit diversa species per complexionem, sicut multoties sit in artificialibus, nota tamen vlerius, qd magis perfectum & minus in una specie suscipiente magis & minus differunt secundum numerum tamum: nec est inconveniens in specie, quae suscipit magis & minus, qd si una sit magis, sic reliqua, verbi gratia una albedo est magis albedo reliqua: & qd essentialiter una sit magis similis reliqua eiusdem speciei qd alia eiusdem speciei, ex quo illa species suscipit magis & minus. Possimus etiam dicere, qd cum aliquando dicit Commentator, qd media non differunt specie ab extremis, non vult nisi, qd sunt composita ex extremis, & non sunt omnino alia, & diversa ab eis. Vide commentum. 23. 10. Metaphy. In commento. 59. vbi dicit, & sunt contrarij secundum naturam, & non naturam, id est, tantum: & vide commentum sequens. Item in eodem commento versus finem, vbi dicit, verbi gratia, ignis & terræ, tunc vterque erit contrarius reliquo secundum illud ad quod mouentur naturaliter, id est, sunt contrarij secundum speciem tantum, quia ambo sunt naturales. Item in fine commenti, vbi dicit. Alter erit contrarius reliquo secundum naturam & non naturam, id est, ut non secundum speciem tantum, ut dicit in commento sequenti ultimo. In commento. 61. vbi dicit Commentator. Apparet cum translatio eius erit velocior, quando appropinquat &c. Nota, qd ex hoc forte quis potest reddere causam, quare mobile naturaliter velocitatur in fine. In commento. 62. in fine, vbi dicit. Ergo est in potentia non in actu, id est, non in actu completo, sicut fuit antequam sit motus. Unde, sicut terminus, ad quem

quem paulatim acquiritur, & non est complete in actu, nisi in fine, ita & terminus à quo suo modo & quies in termino à quo, aliquo enim mobile quiescit in termino à quo, dum mouetur, & non est totaliter corruptus, nisi in fine cum acquisitus est terminus ad quem, qui successivus introductus, sicut successivus terminus à quo corrumpitur. Et similiter quies in termino à quo: quia dum est motus aliqualiter quiescit in termino à quo, sicut aliqualiter habet de termino à quo. Vnde simili tempore fit generatio caliditatis & corruptio frigiditatis. Et semper dum corrumpitur pars aliqua frigiditatis introducitur pars aliqua caliditas, & sic successivus, prius tamen secundum naturam fit corruptio & genere ratio. In commento penul. vbi dicit Commen. Sed intendebat quietem ad quam etiam motus, & dixit oppositam large, id est, quia hic non est proprie opposita, vt dicitur commento.^{54.}

SUPER LIBRVM SEXTVM

ANNOTATIONES.



In ea librum Sextum, commento. 2. versus finem vbi dicit, Et impossibile est, vt vnum secundum contiguationem. Vult dicere continuationem. Item in illo loco vbi dicit, ex diuersis in specie, supple hoc. Præterea illud æterogenēū, vel est diuisibile, vel indiuisibile, si sic, ergo non componitur ex indiuisibilibus, si sit indiuisibile, ergo ex eis non sit diuisibile. In commento. 7. vbi dicit Commen. Quod impossibile est res mota moueat, insimil, & q̄ iam perfectus motus, scilicet q̄ in eodē instanti sunt vera hæc duo &c. Vide quomodo Philosophus habet, pro maximo inconvenienti, quod aliquid fit, & factum sit simul: quamvis sit indiuisibile, vt isti ponunt. Et hoc est contra modernos, & nota q̄ Commen. 3. Physi. comen. 13. dicit expresse, q̄ res generata cum fuerit in generatione nondum illa res est generata. verbi gratia, quoniam homo, cum fuerit in generatione, nondum est homo, & hoc est manifestum per se, nisi forte nō considerantibus. Generatio enim seu facio est exitus rei de potentia ad actum. Dum ergo est generatio est potentia, ergo ipsum tunc non erit in actu. Vnde res completa iam non sit, nec res iam corrupta corrumpitur, ex quo ponitur corrupta, nisi res iam facta sit: & corrupta corrumpitur quod implicat. Quoniam tantum non est non corruptum factum, etiam iam & cōpletum est in actu, & non indiget agente producente. Sequeretur enim secundum hoc, q̄ idem esset in potentia & in actu. Et q̄ instans præsens & præteritum sunt idem. Et hæc omnia innuit Commentator in diuersis locis. Sed dices, secundum hoc daretur ultimum instans rei permanentis, & non daretur primum sui esse: ex quo instans generationis non est generati esse, et instans generationis est instans corruptionis formæ præcedentis. Ad hoc dico, q̄ Aristotle, & Commentator in. 8. nil aliud voluerunt, nisi quod idem instans, in quo generatur forma sequens, forma præcedens corruptitur: instans tamen non erit in actu, & q̄ idem instans magis debet attribui rei generatæ seu generandæ, non corruptendæ: & ideo dicitur, q̄ datur primum instans rei permanentis, & non ultimum, rationes autem modernorum circa hoc nil sunt: quia ultimum instans suisse est instans corruptionis eius, quod est instans generationis sequentis: ideo non oportet quod aliqua latitudo corrumpatur in instanti, nec q̄ instans sit immediatum instans, nec q̄ materia sine forma, & hoc est quia tunc, scilicet in instanti corruptionis non est omnino forma perfectæ, sed est in corrupti substantialiter simplificer tantum, & similiter alia est tunc in generari instantaneo substantiali: et ideo nō est tunc certa latitudo qualitatum conservantium formam corruptendam: nec alia inconvenientia dicta accident, bene tamen scio, q̄ ista

A dicta sicut & multa alia sunt extranea apud istos propriæ consuetudinem in contrario, sed de hoc non est curandum, quia non omne probabile & famolum est verum, nec e conuerso. Et bene considera, & vide commentum. 40. Item in eodem commento. vbi dicit, Sequitur ut habeat motum per vnamquamque partium &c. Circa hoc vide deductionem in textu, quia est clarior.

Et in hac ratione habeo maximam difficultatem: forte enim dicit quis, q̄ tunc neque totam pertransiuit, neque partem: sed totam pertransiuit in hoc instanti, & in instanti sequenti habebit eam pertransitam, & considera. Et forte potest sic ratio formari, in illo instanti, in quo mouetur, super illud indiuisibile, aut est in ipso aut non, si non ergo sequitur, q̄ pertransiuit illud: quia iam mouebatur in ipso: quod est impossibile, si sit in ipso & non pertransiuit illud, ergo vel est totaliter in ipso, vel secundum partem. Si secundum partem: ergo est diuisibile, si totaliter est in ipso, ergo tunc quiescit: ex quo in illa parte temporis secundum eos nō mouetur, instans enim apud eos est pars temporis. Sed iam positum est ipsum continue moueri per totum illud tempus, & per totam illam partem.

Considera tamen quid diceret Philosophus de generatione substantiali & corruptione, quæ sunt quædam mutationes instantaneæ. Ipse enim non sunt motus, neque transmutationes, nisi æquiuoce, vt dicit Commentator commento. 13. Quarti, & commento. 32. huius. &. Sequitur enim finis transmutationis, & dicitur transmutare in tempore alterationis: & in instanti aduentus formæ est transmutatum. Sed isti ponunt motum componi ex indiuisibilibus, & q̄ indiuisibile est pars eius. Vnde sequitur ex positione eorum, q̄ pars motus sit indiuisibilis, & tamen est motus: quia quilibet pars motus est motus. Et vide commentum. 9. Possum etiam dicere, q̄ indiuisibile, cum pertransiuit, est pertransitum, id est, est in ipso toto, ergo tunc nō mouetur ad ipsum. Quod enim C totaliter est in aliquo, non mouetur ad illud, & sic in nulla parte magnitudinis est motus, ergo non est motus, & tamen in fine est motus tam. Vide commentum. 88.

In commento. 15. in solutione dubitationis, vbi dicit. Ad hoc autem dicamus. Nota q̄ ex commento. 2. Septimi potest quis accipere aliam solutionem etiam. In commento. 23. vbi dicit, & quia tardius pertransiuit in hoc tempore magnitudinem compositam &c. Nota q̄ sequitur etiam hoc posito q̄ nō sunt æquales numero partes temporis & magnitudinis, ex quo magnitudo componitur ex duobus indiuisibilibus: & tempus ex tribus indiuisibilibus. In commento. 32. vbi dicit & etiam demonstratio, qua Aristote. vtitur in hoc non erit prima & essentialis. Nota, quod neque Bur, neque Ioan. de Iandu, intellexerunt hanc rationem perfecte, & hoc, quia non habuerunt intentionem eius in commento Libri Posteriorum. Quod tamen faciliter potest quis intelligere.

Item eodem commen. versus finem, vbi dicit, Sed qui dem in albo & quidem in pallido: licet hoc quidem non distinguatur in actu &c. Circa hoc vide commentum. 87. & vide commentum. 70. Octau. Et nota, q̄ cum transmutatur sine medio, verbigratia ex albedine in nigredinem, quiddam eius est in albedine, & quiddam eius est in nigredine de necessitate, ex quo est medium: & hoc sufficit. Et ad maiorem declarationem nota, potest enim quis dubitare dicendo. Detur primum generarum, verbi gratia, minimus ignis potens esse seorsum: & simul minimæ res, quæ potest calefieri simul, id est, quam calefaciens incipit caleficere totam simul: & similiter res quæ congelatur rotas simul, & maxime secundum intentionem Commentatoris creditis hoc, illa ergo res non erit pars eius in termino à quo, pars in termino ad quem, & responsio in hoc, vt puto est, q̄ illa res vel ē diuisibilis vel non, si est diuisibilis, iam habemus intentum nostrum: si sit indiuisibilis, hoc est impossibile, nam ipsa est vel fuit pars continui, impossibile autem est indiuisibile esse partem

SEXTI PHYSICORVM

152v

tem continui, ut dictum est: & etiam si esset indivisibile, scilicet hoc primum. Et sunt tangentes aliae partes, de necessitate no*n* esset ipsum solum primum transmutatum, sed transmutatur aliud cum ipso: & ideo quomodo cu*q* fuerit possum, omne transmutabile est divisibile: & per hoc completur demonstratio. Et considera in hoc & perfice illud. In hac enim dubitatione multi scandalizati sunt, & responsum perfectam non inuenierunt omnino. Et quasi omnes expositores latinorum confusi sunt in hoc. Et si diceret quis, hanc propositio est tamen falsa, scilicet omne transmutabile pars eius est in termino a quo, & pars eius in termino ad quem primo, nam transmutabile primum sicut dictum est, non verificatur hoc de ipso. Ad hoc dico, q*p* h_z est vera, nam ipsa sic intelligitur. Omne transmutabile seu quod transmutatur, pars eius est in termino a quo & pars in termino ad quem. Vel pars eius potest esse in termino a quo, & pars eius potest esse in termino ad quem, & hoc cum associabitur seu coniungetur, hoc primum cum alio minor i*p*so, verbi gratia, & ponamus tunc transmutantem ab alia parte, scilicet n*o* apud istum primum. Et hoc sufficit in hoc, quod Philosophus intendit declarare hic. Sermo autem Philosophi quando dicit, quod non potest esse simul secundum omnes eius partes in termino ex quo, & in termino ad quem, scilicet perfecte, id est, q*p* habeat totum terminum ex quo, & totum terminum ad quem in omnibus eius partibus. Et etiam impossibile est ut sit complete in termino ex quo, n*o* complete in termino ad quem: & similiter e conuerso, primum autem in generatione substantiali est minimum sicut ipse dicit. Illud enim id transmutatur in tempore secundum qualitates praecedentes. Sed quia illud quod aduenit in non tempore est finis illius quod est in tempore, subiectum eorū est vnu & cum ipsum est vnum verificatur q*p* omne transmutabile non in tempore est divisibile. In illuminatione autem verificatur hoc alio modo, nam aer recipiens lumen transmutatur vel est transmutabilis etiam secundum locum. Commentator tamen in sua media expositione dicit q*p* congelatio et similiter coagulatio, vt verbi gratia, lactis, sunt fines transmutationis, & non sunt motus, & ideo quod dictum est de generatione, dicitur de istis, nam secundum ipsum ad congelationem praecedit motus, & forte demonstratio Philosophi non habet locum in illuminatione, quia non est motus. Et non sequitur, motum illuminati saltem quoddam minimum etiam naturale calefactum in actu prius inducitur magis perfecte caliditas in una parte propinqua: forte hoc ultimum tamē est difficile valde. In commento, 37. vbi dicit, Necesse est ut ista dividantur per divisiones æquales, scilicet q*p* medietas motus, id est, vt intelligo & motionis. In eodem commento parum post, vbi dicit, & in medietate moti considerandum est de hoc. Quia non videtur verum nisi de partibus motus, quo dividitur secundum divisionem mobilis, de quibus loquitur commento, 33, nisi forte intelligeretur comparando mobile ad aliquod determinatum signum in spatio: q*a* sic pars praecedit partem, id est, quod una pars mobilis prius pertransit illud signum, quam reliqua. Et ita illa pars pertransit illud in prima parte, & secunda in secunda, & sic de ceteris: & medietas eius in medietate temporis, in quo totum mobile per transit illud signum. Vide commentum sequens. In commento, 39. vbi dicit, Et vniuersaliter omne prædictum &c. ex hoc videtur quod non datur minima caliditas introducta, & simpliciter de alijs: quia eodem modo dividitur, sicut tempus, & etiam vbi est magis et minus, ibi est successio & motus, saltem si subiectum sit in actu: & vide finem commenti, 36. & 37. & maxime hoc ultimum concludit, si motus sit sine interruptione: quod dico propter augmentationem. Vide illa, quæ notaui in Tertio circa augmentationem: & vide finem commenti, 44. & 49. & 58. & 61. & 70. & 74. Veritas tamen

In commento, 32, in fine vbi dicit, Et si in genere &c. Nota, q̄ nunc sic intelligo hoc, Si calefactū in eo quod calefit differt specie ab illo quod frigefit, motus calificationis, scilicet motus ad caliditatem differt specie à motu frigiditatis, & simile in genere. In commento, 35, circa illam propositionem, q̄ omnis motor, qui mouet aliquid motum per aliquod spatium &c. Nota, q̄ intellectio hanc esse veram, cum corpori mouenti seu motori inest potentia mouere duplum illius mēsuræ, in illo tempore, & si non, non, & considera in cōmento, 72. Quarti. Ibidem enim videtur q̄ hoc sit verum simpliciter. Erit ergo verum cum non erit resistentia ad motum & ad velocitatem, nisi propter medium, vel forte resistentia est aggregatum ex medio & ex moto & corpore mouente, id est, resistentia aggregata ex his omnibus. Et tunc, si potentia motuā dupliciter peruenit illa res in illo tempore,

E pote ad duplum illius spatij, & similiter etiam cum diuiserimus motum secundum istum modum. Et forte etia intelligitur sic, nam cum pars terræ (verbigratia) mouet inferius, et mouet aerem duplum eius mouebit illum aerem in medietate temporis: & similiter duplum illius aeris in æquali tempore: nam in motu elementorum nulla est resistentia nisi propter medium, ut declaratum est in quarto. Cum igitur duplicetur motor, mouebit illa rem in illo tempore per duplum spatium. Et secundum istum modum est etiam cum diuiserimus motum, & remansit motor, sicut fuit dictum, & de hoc bene considera. In eodem commento vbi dicit, licet non sit proportio inter potentias motuas & mobiles, id est, uno modo, ut dictum est supra: & vide causas successionis in motu, s. quare non est etiam in instanti in quarto libro cōmento, 72.

S V P E R L I B R V M O C T A V V M

A N N O T A T I O N E S.



Irca proemium Octavi libri, vbi dicit. Qd̄ est hominis in sua vltima perfectio est ipsum esse perfectum per scientias speculativas, & q̄ ista dispositio est felicitas vltima, & fm̄ fatuos vita æterna. Nota, q̄ fm̄ q̄ ap̄ patet ex manifesto sui sermonis, videtur habere opinionem Alpharabij, qui dixit vltimam prosperitatem vel felicitatem consistere in speculatione, & maxime Dei & intelligentiarum, & q̄ nulla est alta felicitas: hoc tamen nullo modo est de intentione Commentatoris, vt patet tertio de Anima, & in quæstionibus meis de hoc. Sed intentio sua est hic, q̄ hæc est vltima felicitas, quæ acquiritur per voluntatem, vt declaratum est in quæstionibus dictis: præter istam tamen est alia posterior, quæ est adep̄tio intellectus agentis, tamē illis quos vocat hic fatuos, non sic intelligit vitam æternam: ipsi enim nec speculationem, nec adep̄tionem intellectus agentis vocant vitam æternam: quamvis enim per adep̄tionem intellectus agentis acquiritur aliquo modo æternitas, vt declaratum est in quæstionibus dictis, tamen ipsi non intelligunt hoc: neque intentio eorum fuit hæc. Vel forte possumus dicere, q̄ Commentator negat hanc æternitatem esse formaliter felicitatem. Reliqua autē, quæ videntur esse obscura in hoc prologo, sunt clara per dicta ab Averroī in expositione Libri Politicorum Platonis, qui iam tradūctus est per me dominationi tug, & ideo non oportet amplius de hoc dicere, & quia etiam in prologo primiti libri multa declarantur. In commento primo vbi dicit, ego autem cum hoc quod credebam &c. Nota, q̄ intentio Commentatoris patet bene cōsiderantibus cōmen. nonū:

In cōmento secundo versus principiū, vbi dicit & Anaxagoras opinabatur. Dubium enim videtur, quia non videtur q̄ hoc vltimum sit dictum Anaxagoræ per ea quæ dicta sunt primo Physicorum. & vide illuc, forte tamen hoc sequitur ex sua positione. Item in eodem cōmento circa opinionem Empedoclis, vbi dicit. Partes vero mundi &c. Nota, q̄ ex hoc etiam potest quis accipere rationem contra Empedoclem. De opinione autē Platoni generatione mundi nihil ad p̄fens dico. Quāuis fm̄ sua dicta, hoc quod Philosophus narrat, de ipso affirmat, vt in Timeo non solum ex verbis, sed ex p̄positionibus & fundamentis & modo p̄bationis: tamen dominatio tua, ppter magnā perspicacitatem ingenij & Platoni amorem sic vult glosare vt hoc non dicat, sicut etiam multi afferunt Platonicī. In commento quarto vbi dicit, Tunc duo cōtradictoria essent in eodem subiecto, & in eodē tempore, s. potentia motus &c. Vult dicere potentia, vt incipiat mouere, & motus in actu. Item in eodem commento parum post, vbi dicit, Generatio enim est motus. Nota, q̄ accipiendo motum propriæ dictum, hæc est vera, Generatio est motus, accipiendo genera-

Quæ nam optimam ho minum fēlicitas,

Com. 1.

Com. 2.

Com. 3.

Com. 4.

H

tionem

- A** Generatio
quō sit mo-
tus.
tionem pro alteratione præcedente generationem quæ terminatur ad ipsam. Si vero generatio accipiatur pro aduentu formæ substantialis, tunc nō est motus proprius dictus. Verum est tamen q̄ compositum non fit à moto, siue ab eo quod est in potentia tantum: quia materia nunquam est nuda à forma: & ideo fit ab ente in actu: hoc tamen non est per se, vt pater primo Physicorum, & Libro Cœli. In commento. 7. versus principium, vbi dicit Commen. Et quod mouet hoc motu, vt declaratum est in. 7. & in. 5. scilicet q̄ ante &c. Bene considera: quia sine hoc non erit perfecta demonstratio. In commento. 9. Nota q̄ omnes istæ expositiones, quas posuit Commenta, cum dixit, & oportet nos perscrutari &c. sunt veræ in se, sed non sunt ad intentionem Philosophi, nisi ultima, vt affirmat Commen. & circa illam vide. 7. huius, &. 55. 56. 57. Sexti, & Commentum. 32. Sexti, & 9. 7. Item in eodem commento vbi ponit quasi tertiam expositionem cum dicit, & q̄ propinquitas corporis ad quasdam res &c. Vult dicere secundum quasdam eius partes. Item in eodem commento versus finem vbi dicit, & cum fuerit hic invenitum æternū, id est, cum alijs conditionibus tam positis. In fine eiusdem commenti, vbi dicit: & est impossibile transmutationem primam esse in tempore, id est, nouam. In commento. 11. vbi dicit, & cum hoc impossibile est demonstrari, sicut demonstratur punctus &c. Vult dicere, q̄ punctus inuenitur in linea, & possumus ipsum demonstrare magis quam in uno instanti: nam ipse inuenitur cum linea. Et ideo possumus imaginari punctum, qui est principium lineæ, & non est finis alterius. Sed instans non inuenitur neque cum tempore præterito, neque cum futuro: & ideo ipsum est de necessitate post præteritum, & ante futurum. Præterea, illud quod nō potest per se existere, scilicet esse firmum, sed suū esse est instabile, sicut instans non potest esse ante futurum, nisi sit finis præteriti. Præterea, declarabitur ex ista via, nam omnis motus factus ante ipsum est tempus, nam esse factum ante suam productionem sine dubio fuit priuatum, & impossibile est verificari de ipso in instanti, in quo productum est ipsum esse priuatum: sed est priuatum in instanti alio ante hoc instans & inter quælibet duo instantia est tempus, ergo ante istum motum fuit tempus: tempus autem sequitur motum, & inuenitur cum ipso, ergo ante omne tempus determinatum fuit tempus, ergo ipsum est eternum. Præterea instans est in potentia, non in actu, vt dictum est in alijs locis. Tale autem non potest demonstrari, scilicet modo quo alias declaratū est: & si demonstraretur esset quiescens, sicut pūctus, & non esset ergo tempus de natura rerum, quarum esse consistit in successione: & considera in commento. 7. Sexti. In commento. 12. vbi dicit. Quoniam, si primus motus quietuerit &c. Vult dicere forte q̄ saltē prius natura corruptitur motus, siue definit q̄ sit inducta illa dispositio: hoc autem est impossibile in primo motu, etiam impossibile est q̄ sit aliquis motus causa corruptionis primi motus, quia primus motus est causa omnium alterū motuum. Præterea, dispositio, qua sit in re per quam nō est possibile rem post moueri, sit in re postquam quietuerit, nam & si motum simul corruptitur, & cessat à motu, adhuc remanet potentia ad motum: & si non in illo, remanet tamen in materia eius siue in composito, quod generatur ex illo: quia annihilationis est impossibilis: & ideo, si debet corrupti illa potentia, corruptitur per motum posteriorem post primum motum, seu ultimum, quod est impossibile. In commento. 13. vbi dicit. Quorum unus est quod aliquid sit possibile tempore infinito &c. Nota, q̄ hoc est impossibile in potentia essentiali: & etiā in potentia propinquâ. Item in eodem commento vbi dicit. Sed sicut diximus &c. Nota q̄ in isto commento ponuntur. 7. rationes ad probandum istam intentionem: prima ratio incipit ibi. Sed sicut diximus q̄ mouens &c. Vbi
- B** autē dicit. Et si non esset &c. Remouet cavillationem: & circa hoc vide Cōmentū. 38. & inferius in hoc cōmento, secunda ratio fit ibi, vbi dicit. Quærendum est quemadmodū &c. tercua ratio vbi dicit. Voluntas enim nō post ponit. Et in illa parte innuitur etiam alia ratio. In illa autem parte in qua dicit, & si fuerit dictum quomodo &c. ponit dubitationē & soluit. Et vide in fine cōmenti vbi cōplet solutionem. In solutione autē vbi dicit, istud enim motū appropinquabitur, id est, qm quasdam eius partes, vt dictū est supra. Quinta ratio fit ibi. Et etiam si fuerit voluntas antiqua. In illa autem parte, in qua dicit: & est manifestū q̄ istud mouēs &c. ex hoc etiā potest quis formare quintā vel sextā rationē, ex quo primus motor est omnino intransmutabilis: forte tamen non est ratio per se, quia voluntas dicitur aquivoce de antiqua & noua. Verum tamē est q̄ hoc argumentū concludit. Si voluntas vel appetitus præcedit volitū. In illa parte vbi dicit, Omnis igitur motor à quo procedit appetitus ad mouere &c. Nota, q̄ ex diuisione data format sextam vel septimam rationē, in illa parte, vbi dicit. Et hoc contingit necessario ex hac positione &c. Ponitur septima ratio vel octaua. Item in eodem cōmento in illa parte vbi dicit. Indiget igitur motore priore ipso &c. Supple & si non. Quare non fecit ab æterno illam rem, ex quo ipse est potens & volens motum. Præterea sequeretur q̄ motus, qui positus esset primus, non primus, & sic in infinitum: & vide Cōmentum. 52. Item in eodem cōmento parū post, vbi dicit, & non est natura innata facere. Nota, q̄ hic est etiā ratio fortis, & si primus agit voluntate, & maxime, quia sua voluntas æterna & invariabilis, noluit tamen formare has rationes, & declarare eas propter multas causas: & maxime, quia tu potes ex te maiora intelligere: & quia de his dixi aliquid alibi. In commento, decimo septimo, vbi dicit. Viuum autem dicitur mouere se, & utrumque in rei veritate, vt post declarabitur C. Com. 17.
- C** indiget motore extrinseco. Circa hoc vide Commentum. 29. & 20. 32. & 37. 51. 63. In commento. 22. circa finem commenti, vbi dicit, & qui negat naturam negat naturalia. Supple, & qui negat naturalia negat subiectū Scientiae naturalis, nota vltius, quod ex isto loco potest quis accipere rationem, quod artifex nullo modo potest probare suum subiectum. In eodem commento ante hoc, vbi dicit. Qui omnia entia mouentur, id est, corpora. In commento. 23. vbi dicit. propter hoc dividatur & alteratio in infinitum, scilicet in quantum sit ab alterante. Nota, quod videtur intelligere hic per alterationem qualitatem fluentem, non fluxum. Et verum est, q̄ non quandocunque alterans alterat est alteratio in actu, & est possibile q̄ unum alterans contrarium sit statim post aliud. In eodem loco parum post vbi dicit, & si nō tunc ante transmutationem esset transmutatio, id est, in actu, & post hoc dicit, & non inuenitur transmutatio noua omnino, id est, ex quo secundum hoc præcedunt infinitæ. Sequitur in commento, & existimat quod totum hoc hic Commen. ponit dubitationem & soluit: & vide Commentum. 74. Postquam autem considerauit hæc omnia, quæ dicit Commen. de hac materia: & considerando bene rationes Commen. hic & suam intentionem complete videtur mihi sine dubio secundū Commen. q̄ aliqua pars qualitatis producitur tota in instanti uno, & est pars quæ potest esse in actu: & est prima pars, quæ primo producitur: & ideo dicit Commen. q̄ alterans est apud rem, in cuius natura est alterari: & non sit statim alteratio in actu, sed indiget aliquo tempore donec fiat alteratio in actu, id est, aliqua qualitate in actu. Illa tamen qualitas in actu, quæ est minima, quæ potest esse in actu aduenit tota in instanti, & in illo tempore est alteratio in potentia propinquâ. Et alterans agit tunc aliquo modo: quia non potest produci illa qualitas minima, nisi esset illa mōra & tanta actio. & hoc est valde iandu. sup Phy. u. iiiij rationabile

O C T A V I P H Y S I C O R U M

156v

rationabile & conforme, & non in actu: quia adhuc nullam qualitatem introduxit: sed tamen possum dicere, quod tunc illud mobile habet aliquid aliquo modo de termino ad quem, sed melius est dicere, quod non habet: quia nec habet de termino ad quem in actu complete, nec in complete: sed dum mobile habet aliquid de motu, capiendo motum pro forma fluente, tunc habet partem sub termino ad quem, & etiam & hoc sufficit, Physicorum in Sexto, sed ante hoc habet esse in potentia valde propinquum: dum tamen mouetur, accipiendo motum non pro forma fluente, & tunc agit aliquo modo, ut dictum est, hoc est quod dicit Commen. commen., 74. contra antiquos: & ideo non sequitur quod sit possibile quod non sit quies inter duos motus contrarios in qualitate: nam hoc quod dicunt, quod possibile est accidere quod sit hic in illo instanti agens contrarium: & ergo tunc accipit agere statim sine quiete non est verum, nam non incipit statim agere contrarium in actu, seu non introducit statim contrarium in actu: & etiam non sequitur quod detur primum instans motus, sicut declarat Commen. hic: nam motus in eo quod motus & continuus, non datur ei primum instans. Continui enim non est prima pars, & praeter hoc sunt aliae rationes, quae positae sunt in sexto. Sed res, quae aduenit per motum, datur ei primum aliquo modo. Et forte etiam motus, cum consideratur secundum quod est de praedicamento qualitatis vel quantitatis, datur ei primum instans: & est in actu aliquo modo non perfecte, sicut dicit. Cum autem consideratur secundum quod est de praedicamento passionis, & continuus, non habet primum, & non est ibidem primum in actu, & etiam motus localis secundum quod est corpus, & continuum, id est, magnitudo super quam vel circa quam sit motus, non datur ei primum actu, neque corpori illi secundum quod est continuum. Sed motus localis, cum considerabitur secundum quod est in actu, habet aliquam primam partem, id est, cum pertransiuit totam illam partem simul in actu. Sed in potentia non habet primum, nam instans, in quo pertransit in potentia medium huius est ante instans, in quo pertransit totam illam partem: instans tamen invenitur in potentia: & considera bene in commento, 68. & etiam in Sexto libro commen-to, 99. Et ex hoc possunt solvi multæ dubitationes.

Item in eodem commento versus finem, vbi dicit. Terminus enim entis in actu, id est, materialis. In commen-to, 24. vbi dicit. Aut quia in alijs motibus inueniatur generatio & corruptio, id est, secundum quid. In commen-to, 27. vbi dicit de ignorantia quorundam expositorum. Vide commentum primum septimi. In eodem commento vbi dicit. Necesse est ut motus eius à sua anima sit naturaliter, scilicet etiam ad superioris.

In eodem commento parum post, vbi dicit, si igitur contingit quod anima mouet corpus secundum motum elementi dominantis in ipso, tunc motus corporis ab anima erit naturaliter, id est, secundum quod est corpus. In eodem commento parum post, vbi dicit. Tunc motus corporis ab anima erit non naturalis, id est, secundum quod est corpus mixtum habens multum de terra. Sed est bene naturalis, secundum quod est animal, seu corpus animalis secundum quod est tale, scilicet animalis. In commen-to, 28. vbi dicit. Nullus enim dubitat quod animal mouetur ab anima, &c. id est, quia nos videmus in morte animalis, quod remanet corpus, ipsum non mouerur.

Item in eodem commento, vbi dicit. Sicut in rebus artificialibus, quae mouentur per principium in eis. Si litera non est corrupta sic intelligitur, id est, quae mouentur per principium in eis, non primo, sed per accidentem. Et vide commentum, 32. In commen-to, 29. vbi dicit.

Et non possumus etiam dicere in eis, quae mouentur à principio in eis addito: & quod mouetur ex eis absque eo quod indiget causa extrinseca. Nota quod videtur quod haec

E causa extrinseca est medium, ut patet Quarto huius, & in libro Cœli: & etiam indigent motore extrinseco, ut post apparebit: & vide in fine commenti, 27. In principio enim dum generantur, & tunc mouentur in suis locis naturalibus à generante mediante forma, ut patet per Commen. tertio Cœli. Cum autem retinentur à prohibente. Et postea mouentur per rem mouentem prohibēs, quod est extrinsecum, & etiam à sua forma. Et vide Cōmentum, 32. Item eodem commen. parum post vbi dicit. Sicut dicimus in eis, quae mouentur ex se &c. Circa hoc nota quod alio modo habens animam indiget motore extrinseco, & aliter non habens animam, ut patet commen-to, 20. Verum est etiam, quod animal ad sui productionem indiget motore extrinseco, ut patet. Et vide etiam Commentum, 51. Sed tamen nota, quod animal cum generatur, non statim mouetur motu suo proprio, sicut contingit in elementis. Unde generans elementa, secundum quod dat eis de forma, dat eis etiam omnia accidentia contingentia formæ, quorum unum est motus in loco: & ideo, cum forma fuerit completa in eo complebitur ubi suum debitum, & alia accidentia, nisi aliquid impedit, ut dicit Commen. commen., 32. & maxime, quia secundum ipsum formæ elementorum partibiliter acquiruntur: & ideo, sicut partim habet de forma ita et de motu conueniente illi formæ, cum autem completa est forma, complebitur & motus, nisi aliquid impedit: & ideo Philosophus & Commen. in hoc, 8. multoties dicunt elementa moueri ab extrinseco, non autem sic est in animali: quia quamvis ab anima sequantur operationes seu à generante mediante anima, non tamen statim cum introducitur anima, animal potest moueri secundum motum proprium animalis: nam animal & maxime, perfectum requirit organizationes & complementum membrorum, & reliqua, quae sunt necessaria ad motum eius: & ideo animal non dicitur moueri ab extrinseco eo modo quo dicitur elementum. Præterea, elementum semper mouetur ab extrinseco, ut dictum est: nisi sit prohibiens impediens: & omnes rationes, quas Philosophus fecit in hoc octavo ad probandum grauitate & levitatem moueri ab extrinseco, nihil aliud probant nisi hoc: non tamen negat Aristoteles. neque Commentator, quod elementa non mouentur à sua forma: & hoc est manifestum in doctrina Philosophi & sui. Commentator: & hoc est quod dicit Commentator in commen-to trigesimo secundo in fine, vbi dicit. Declaratum est igitur quod nullum corporum simplicium naturalium, scilicet terre, ignis, & cæterorum moueret se propter hoc quod in eo est principium, quo moueat se: & hoc essentialiter & non accidentaliter. Sed in eo est essentialiter principium receptionis ut moueatur ab extrinseco non principium actionis nisi per accidens. Et vult dicere, cum dicit, & hoc essentialiter, id est, à potentia essentiali, ut dictum est supra in hoc commen-to. Sed bene à potentia accidentaliter: non tamen illud principium per accidens mouet: immo per se, quamvis graue non sit per se motum. Cum autem dicit non principium actionis nisi per accidens, id est, à potentia accidentaliter: negat igitur Philosophus & Commen. corpora simplicia moueri se à potentia essentiali: quod manifestum est, negant etiam hæc corpora moueri ex se, cum non dividantur in motorem & motum, ut dicit Commentator commen-to, 32. Dicunt etiam ipsa moueri ab extrinseco ad loca propria eo modo, quo dictum est: nullo tamen modo ipsi negant cum ipsa generantur in locis non propriis, & retinentur ibidem à prohibente, & postea remouentur prohibens, quod forma eorum sit motor: neque etiam dicunt, quod mouentur à generante extrinseco: & quod non mouentur ab ipso mediante forma, quam genera-tans dat. Sed ad maiorem declarationem istorum no-tandum est illud, quod dicit! Commentator in Tertio Cœli, commen-to vigesimo octavo, vbi dicit, & videtur etiam

H per mouentur ab extrinseco, ut dictum est: nisi sit prohibiens impediens: & omnes rationes, quas Philosophus fecit in hoc octavo ad probandum grauitate & levitatem moueri ab extrinseco, nihil aliud probant nisi hoc: non tamen negat Aristoteles. neque Commentator, quod elementa non mouentur à sua forma: & hoc est manifestum in doctrina Philosophi & sui. Commentator: & hoc est quod dicit Commentator in commen-to trigesimo secundo in fine, vbi dicit. Declaratum est igitur quod nullum corporum simplicium naturalium, scilicet terre, ignis, & cæterorum moueret se propter hoc quod in eo est principium, quo moueat se: & hoc essentialiter & non accidentaliter. Sed in eo est essentialiter principium receptionis ut moueatur ab extrinseco non principium actionis nisi per accidens. Et vult dicere, cum dicit, & hoc essentialiter, id est, à potentia essentiali, ut dictum est supra in hoc commen-to. Sed bene à potentia accidentaliter: non tamen illud principium per accidens mouet: immo per se, quamvis graue non sit per se motum. Cum autem dicit non principium actionis nisi per accidens, id est, à potentia accidentaliter: negat igitur Philosophus & Commen. corpora simplicia moueri se à potentia essentiali: quod manifestum est, negant etiam hæc corpora moueri ex se, cum non dividantur in motorem & motum, ut dicit Commentator commen-to, 32. Dicunt etiam ipsa moueri ab extrinseco ad loca propria eo modo, quo dictum est: nullo tamen modo ipsi negant cum ipsa generantur in locis non propriis, & retinentur ibidem à prohibente, & postea remouentur prohibens, quod forma eorum sit motor: neque etiam dicunt, quod mouentur à generante extrinseco: & quod non mouentur ab ipso mediante forma, quam genera-tans dat. Sed ad maiorem declarationem istorum no-tandum est illud, quod dicit! Commentator in Tertio Cœli, commen-to vigesimo octavo, vbi dicit, & videtur etiam

An motus
primum
detur,

Com. 24.

Com. 27.

Com. 28.

Com. 29.

etiam ipsum esse necessarium in esse motus naturalis modo proprio. Et in hoc est difficultas, declaratum est enim de elementis, quod non nominatur inter ea quae mouentur per se in loco nisi a generante, scilicet cum ex eis fiat aliqua portio in actu a generante, tunc existunt in illa parte omnia quibus constituantur, scilicet moueri in loco proprio, & alijs accidentibus proprijs, nisi aliquid impedit ipsa a motu ad locum proprium. Quemadmodum igitur cetera accidentia existentia in regenerata non existent in ea nisi a generante, tamen mediante forma generati, quae fit a generante, ita est de hoc motu, verbi gratia, quod, cum elementum, scilicet aqua verbi gratia, mutatur & fit ignis, statim in prima parte eius, in qua existit igneitas ab igne generante existent omnia accidentia ignis secundum quod est ignis: & vnum eorum accidentium est motus ad superius: quantum secundum quod in parte generata existet de parte leui, secundum hoc existet in ea de loco corporis leuis: & de alijs accidentibus partibus proprijs. Sed tamen quia non existunt a generante nisi mediante generato, & motus primo & essentialiter non fit nisi a motore, & nullo alio mediante, propter hoc iste motus non est primus, neque essentialis a motore extrinseco, sed a forma moti. Et ideo habet proprium iste modus motus, ut per eum moueat res per se, cum aliquis non impediatur ipsum a motu per violentiam, scilicet cum impediens quieverit: & secundum istum modum assimilatur ei quod mouetur per se. Et quia motor essentialiter distinguitur in esse a moto, sicut in animalibus. Motor enim in eis est alius a moto, cum motor sit anima, & motum sit corpus. In corporibus autem simplicibus idem est motor secundum positionem & motum. Sed differunt secundum modum. Lapis enim mouet se in quantum est grauis in actu, & mouetur in quantum est potentia inferius. Et causa in hoc, quod inuenitur uno modo in actu & alio modo in potentia est, quia componitur ex materia & forma: forma igitur eius mouet in quantum est forma, & mouetur secundum quod est in materia: non enim est in potentia ad inferius, nisi secundum quod est in materia. Et ideo lapis non est per se motus essentialiter, sed assimilatur ei quod mouetur per se: & ideo indiger in suo motu motore extrinseco: neque etiam nominatur inter ea, quae mouentur ab extrinseco: quia non mouetur hoc motu ab extrinseco sine medio, scilicet intrinseco, et hoc est vnum eorum, ex quibus Plato existimauit, quod necesse est quod primus motor moueat se essentialiter, scilicet secundum hoc quod videatur in lapide, quod motor in eo sit motus. Sed licet idem sit motor in eo cum moto, tamen non eodem modo ut Plato existimauit: sed diversimode secundum quod apparet ex prima demonstratione in principio septimi Physicorum, ut declaratum est, quod omne motum habet morem. Et quia lapis, sicut diximus, non diuiditur in motorem & rem motam, ita quod virtus eorum sit existens in actu. lapis enim non mouetur essentialiter a se secundum quod lapis. Tunc enim mouetur a principio quod est in eo accidentaliter, cum non habeat esse motus nisi per illud principium, non enim est motus lapis nisi secundum quod est potentia inferius, & est motor secundum quod est grauis. Si igitur fuerit motus essentialiter per se, in quantum est grauis: iam posuimus quod non mouet essentialiter, nisi secundum quod est grauis, erit etiam motor & motum essentialiter eodem modo, quod est impossibile. & ideo non est motus nisi semper accidentaliter lapis, neque mouet se essentialiter, & cum ita sit, & omne quod mouet se accidentaliter necesse est quod moueat se, quia essentialiter mouet aliud motum a se, verbi gratia, quia homo non mouet se accidentaliter in naui, nisi quia mouet nautum essentialiter. Et cum ita sit, lapis igitur non mouet essentialiter nisi aerem in quo est, & mouet se, quia hoc quod mouet se, sequitur motum aeris, sicut de homine

In simplicibus idem est motor se & secundum positionem & motum. Sed differunt secundum modum.

A cum naui. Et cum ita sit, aer igitur & aqua sunt necessaria in motu lapidis, & hoc est illud quod promisimus: & explanauimus hoc in expositione Physicorum, sed iste locus est conuenientior. Ex dictis Commen, hic patent multa, Primum, quod medium est necessarium in esse motus grauium & leuimodo proprio. Secundo, quantum mouentur ab extrinseco, tamen mediante forma, immo principaliter a forma: & alta multa quae patent, Sed ubi dicit Commen, lapis: nota quod per lapidem intelligit elementum graue seu terram, vel intelligit lapidem, secundum quod in eo dominatur elementum terrae. Lapis enim secundum hoc mouetur secundum motum elementi predominantis, & mouetur secundum motum, secundum quem elementum terrae mouetur inferius: & ideo quantum ad hoc non est differentia. Sed ad declarationem maiorem dictorum Commen, hic nota, quod Commen, hic intendit declarare quod medium, scilicet aer vel aqua, est necessarium in motu grauium & leui modo proprio, scilicet quia sunt simplicia: & incœpit declarare, quod ipsa non mouentur ex se, sed mouentur a generante: tale autem non mouetur ex se: postea declarauit motum ex quo videtur quod ipsa assimilantur moto per se, vel ex se, quia inuenitur in eis principium motus localis, sed differunt a moto ex se, quia motum ex se diuiditur ad motum per se, & motorem per se, ut elementum vel lapis: nam ipse accipit lapidem loco elementi, quamvis inuenitur in ipso motor per se, & est forma: non inuenitur in ipso motum per se, nam forma non mouetur per se: ipsa enim est motor per se, & impossibile est ut sit motor & motum per se, sed mouetur per accidentem, quia existit in materia, sicut declarauit hoc Commen, versus finem huius commenti, Præterea, materia non mouetur per se, nam ipsa est in potentia: motum autem oportet ipsum esse in actu, ut declaratum est Quinto Physicorum, & ergo non est hic motum per se. Sed inuenitur motor per se, & est forma, & motum per accidentem: postea adiungit Avice, quod nihil mouetur per accidentem, nisi per motum alterius per se, & illud est medium: ergo manifestum est, quod medium est necessarium in motu elementorum modo proprio, scilicet quia sunt simplicia: & etiam declaratum est in Quarto Physicorum, quod, si non esset medium, non mouentur nulla elementa nisi in instanti, quia est ibidem resistentia nisi medium, materia enim est ens in potentia ad omnia & illa non resistit: neque forma, quia proprium est ei esse superius vel inferius: ergo medium est necessarium. Declaratum est etiam ex his quae dicta sunt, quod hic est principium per se agens illum motum, & est forma & principium per se recipiens. Et est medium & recipiens per accidentem, & est forma secundum quod existit in materia. Et ex hoc quasi solvantur omnes difficultates, quae accidentia in motu elementorum, scilicet an mouentur a motore per se vel per accidentem: haec enim est vera, elementa per se & suam naturam mouentur per accidentem, & ista etiam per se mouentur ad loca sua: & ideo motus eorum est naturalis, tamen non inuenitur in eis motum per se, & considera in fine commenti, 52, huius, s. & illa adiuabunt te intelligere hoc. Nota tamen, quod magna differentia est dicere, elementum mouet se per se, & dicere ipsum mouet per se, seipsum, ex prima enim intelligitur quod sua substantia mouetur per se: & hoc est impossibile, nam forma non mouetur per se, nisi res moueret se per se: & etiam prima materia, quae est in elementis, non mouetur per se: nam motum est ens in actu. Ex secunda autem intelliguntur duo, vnum est, quod in elemento est res mouens per se, secundum est, quod intentio motoris per se est mouere se, i.e. puenire ad suum locum proprium, non mouere medium: & non sequitur ex hoc quod sit sua substantia mota per se. Et istæ intentiones sunt veræ, & ideo debemus distinguere huiusmodi propositiones. Item notandum ad maiorem declarationem dictorum commenti huius de cœlo,

C Iandu, sup Phy. u v q

D

O C T A V I P H Y S I C O R V M

62 v

quod, cum dicit Commentator versus finem, Et cum ita sit, & omne quod mouet, &c. Vult dicere & cum ita sit, scilicet quod mouetur per accidens secundum quod est in materia, seu mouetur secundum quod accidit ei esse in materia, & materia non est per se motum, quia est in potentia neque compositum ratione formae, quia de ratione formae ut sic est mouere, non moueri, saltem per se, & agere non pati. Præterea. Sisic, idem mouebit se ipsum per se, quod est impossibile, ut patet in principio Septimi Physicorum: nec forma est motum per se, secundum quod est in materia; quia ut sic, est motum per accidens: & etiam si sic, hoc esset primo materia: & concludit, quod mouet se, quia essentialiter mouer aliud à se. Et vide bene commentum. 22. Quarti Libri de Cœlo, & considera bene commentum. 30. huius Octau. Et his forte potest respondere quis ad omnia argumenta quæ sunt circa hoc. Auctoritates tamen quæ videntur esse contrariæ huic, ad præsens nolo declarare, & maxime, quia dominatio tua hæc omnia optime intelligit. Patet etiam illud, quod dictum est in Quarto Physicorum, quod, si vacuum sit, elementa mouerentur in instanti, & dato, quod in simplicibus sit alia forma præter formam ultimam, illa non resistit, nam formæ generales non resistunt motui à forma propria, non sic autem est in mistis, quamvis enim mouentur secundum motum elementi prædominantis, tamen reliqua elementa resistunt, corpora etiam celestia, quāvis aliqualiter aliquo modo resistunt, hoc est, quia sunt in actu, forma autem generica est quasi potentia: nec per ipsam res est in actu existens, & ideo per eam non resistunt motui. Dixi autem dato quod in simplicibus &c, quia in mistis non est dubium quod sunt forma elementorum refractæ, & formæ suæ ultimæ, & etiæ quando appetat vna operatio communis sequens naturam formæ, oportet necessario quod sit forma communis, à qua prouenit hæc operatio communis vniuoca, ut sensatio, verbi gratia, vna enim operatio vniuoca non potest prouenire à naturis diuersis, saltem per se & eodem modo: aliter quodlibet fieret ex quolibet, & nulla esset ratio ad ponendum naturas proprias, saltem in talibus: & morari in hoc stultum est. Sequeretur etiam, quod non est genus vniuocum, ex quo non est hic aliquid commune vniuocum, differentia autem operationum sensitivæ & vegetatiæ non est vna vniuoca in homine & in asino. Stultum est, quia non appetat aliqua diuersitas ex quo hoc arguere possumus, immo idem secundum speciem seu naturam agunt, & eodem modo circa obiecta propria, & non oportet plus loqui de hoc. Vnde sicut operatio facit cognoscere formam, ita operatio communis formam cōmūnem, & hoc argumentum innuit Cōmento in libro de Animalibus, & Philosophus in Metaphys. querit quomodo definitio est vna, & definitum in rebus compositis ex genere & differentia: quod non esset dubium, si esset vna forma: sed tamen, quia vna est in potentia, & quasi dispositio respectu alterius, scilicet ultimæ formæ: ideo ex eis fit vere & per se vnum: nec ultima differentia est accidentis: quia aduenit enti in actu, iam enim dictum est quod omnes formæ præter ultimam specificam, sunt potentiales & quasi tanquam materia.

Præterea. Nulla earum aduentit materia secundum quod est in actu, sed secundum quod est in potentia: & maximæ cum omnes simul tempore producuntur in materia, formæ etiam misti, seu formæ elementorum refractæ non remanent sub eodem gradu vel specie in generato & corrupto. & per hanc etiam patet, quod recte partes diffinitio, quidditatibus dicunt totum & prædicantur in recto. Si enim vnaquæque earum esset in actu, sicut oportet differentibus formas separatas dieere, diceret partem: sed quia vna est quasi in potentia, & reliqua in actu, ideo sunt vnum in actu, & sunt vnum in actu, multa in potentia ad bonum intellectum, & ideo forma animalitatis in ho-

mine dicit totam formam hominis, sub ratione tamen vniuersali, vel magis communi, & rationalis sub ratione specifica: & alias dixi de hoc magis, & de eis forte dicam complete, & dubia soluam, si Deus prolongauerit vitam. Quando autem non est operatio vna communis vniuoca, non oportet ponere formam communem, quâuis secundum prædicationem sit aliquid commune. Tale enim genus est logicum. Dixi autem sequens naturam formæ, quia corporeitas, quamvis sit communis formis materialibus, hoc tamen habet à materia quanta, in qua recipiuntur, & secundum hoc non oportet ponere formam generalem corpoream, seu corporeitatis in elementis, vel mistis aliam à formis proprijs elemētorum & mistorum, quæ forma vnit materiarum mediantibus tribus dimensionibus. Et hac videtur esse sententia Commen. hæc tamen maiori indigent declaratione: & ad præsens non est tempus loqui de hoc, postea autem inueni quod ipse dicit in sua summa Metaphysica, in fine secundi tra-

F catus. Et quidam viderunt quod tres dimensiones consequuntur formam simplicem inuentam in materia prima, & quod hæc forma est, per quam corpus recipit divisionem & continuatatem, & putauerunt quod est vna communis omnibus sensibilibus, sicut & materia, & huius opinionis est Auicen, etiam dicit interpositis multis dictis de hoc, quod si voluerit per hanc intentionem naturam inclinationis, scilicet formam elementorum, quæ aduenit in materia prima, quæ est quasi genus formarum elementorum, scilicet sic vniuersaliter accepta, verum est. & secundum hoc dicitur, quod corpus vel corporeitas est genus generabilium, quod inuenitur in individuis substantiæ, & secundum hunc modum esse etus, scilicet inclinationis est in compositis, modo ergo genus est in speciebus, scilicet circa media inter potentiam & actum: sed tres dimensiones in quibus communicant corpora & sunt ex eadem numero modo declarato, non accipiuntur loco formæ generis, sed si voluit, quod sit hic forma simplex in actu præter formas elementorum, ut appareat ex verbis Auicen, & quod congregatio huius formæ cum prima materia est substantia, cui accidentunt tres dimensiones, est opinio falsa: & illic ponit modum Porphyrii, & innuit ita probationem eius, & in istis dictis multum gaudius sum. De mente tamen Commen, nulla dubietas est, quod formæ elementorum remaneant refractæ in mistis. Et quod in eis in quibus appetat vna operatio communis vniuoca, ut dixi, est forma communis, & forma propria, ut sciunt docti in doctrina Commen. Illud autem, quod dixit Ioan. contra principale quæsitum, quod causa per se non est posterior naturaliter ipso causato. Sed motus mediæ est posterior naturaliter, ergo medium non mouet: hoc nihil est, quia non dico medium esse causam actuum, sed passuum. Sed forte sua ratio bona est contra ponentes medium esse causam actuum, ut etiam ipse dicit. De reliquis autem, quæ dicit contra hoc, non ero: quia leuitas sunt, & etiam ex iam dictis possunt solvi. Et hæc sufficient ad præsens. Nota tamen, quod grauitas & leuitas sunt quasi æquiuoca, aliquando enim quodlibet eorum accipitur pro forma substantiali & habitu, aliquando pro operatione vel accidenti. Aliquando tamen accipitur accidentis loco differentia substantialis, cum non habemus nomen vel propter aliam causam, pro his vide Commen, in cōmento. 17. primi Cœli, & in ultimo Tertiij, & in Secundo, & in. 20, & in. 21. Quarti, & ideo intelligi secundum quod conueniens est sermoni. Vnde pater error illius, qui asserit Cōmentatorē esse cōfusum. Ipse enim non bene videt dicta Cōmentatoris immo Philosophi in Quarto Cœli. commento secundo. Nota etiam quod incompatibilitas terminorum vel locorum, & huiusmodi bene declarant esse impossibile motum fieri in instanti, nullo tamen modo hæc est causa resistentia, vel fastidio positiva; nec etiā forma istorum determinat sibi certam

Nulla ē cōmunis corporeitatis forma ipsis elementis, seu mistis, p̄terppriā.

- Com. 30.** tam velocitatem quantum est de se: quia ipsa appetit naturaliter esse sursum vel deorsum, immo non querit motum nisi propter quietem, & ideo nisi esset medium mutetur in instanti: ipsa igitur non est causa resistentie. In commento. 30, in principio, vbi dicit. Cum declarauit quod illa quae mouentur naturaliter: non mouentur per principium in eis, id est sine indigentia & cetera, ut dixit in commento praecedenti. In commento. 32, vbi dicit. Et altera accidentalis assimilauit essentiali potentiam, quae est in addidente, ut fiat sciens, & potentiam accidentalem & cetera. Nota quod videtur quod hæc potentia accidentalis exit in actum sine motore essentialiter, saltem extrinseco, ut post declarat. Idem in eodem commento in fine commenti, vbi loquitur de pila dicens. Quemadmodum proficiens, quando proicit pilam ad partem & cetera. Nota, quod videtur quod pila cum resiliat mouetur a propulsione, tanquam a primo motore: & ab aere, tanquam a motore proximo, & a terra tanquam ab illo, quod impedit motum aeris & pilæ: & non dimittit ipsum compleri, immo repercutit ipsam, & ideo est motor per accidens. In commento. 34, vbi dicit impossibile est quod moueat a motore, qui non mouetur nisi per accidens, id est nisi mouatur per accidens a motore extrinseco, quia tunc non mouetur motor extrinsecus, vel saltem non necessario, nisi in principio motus vel ante. ut verbi gratia, remoto prohibentis, & vide etiam Commentum. 37. & commentum. 82. In commento. 35, vbi dicit. Corpus enim impossibile est ut moueat in loco & cetera, id est per se, ut dictum est superius commento. 34. Illa autem, quæ dicit in eodem commento de motu Magnoris, dictum est de eis & cetera. In commento. 36, vbi dicit. Quod enim est per accidens, non est semper, neque necessarium. Circa hoc vide commentum. scilicet commento. 44. Primi Posteriorum, vbi declarat. An omne necessarium sit per se. Præterea, Quod mouetur per accidens, aliquando mouetur & aliquando non, vide commentum decimum septimum, & 51. & 52.
- In commento. 37, in principio, vbi dicit. Manifestum enim est per se &c. Circa hoc consydera in sua summa.
- Item in eodem commento, vbi dicit. Et primum secundum quod est primum, id est simpliciter. Item in eodem commento quasi immediate, vbi dicit. Sed secundum esse & definitionem. Vult dicere, & si non indigebit alio, & non esset primum simpliciter. Item in eodem commento quasi immediate, vbi dicit, necesse est quod iste motor sit separatus a moto omnino & cetera, id est, quia, si esset in moto, scilicet si esset virtus in corpore, esset compositum & generabile & corruptibile, & non primum.
- Præterea, Quod per accidens mouetur est aliquo modo secundum istum modum non primum simpliciter, ex quo corpus mouet ipsum aliquo modo. Et uide in de Substantia Orbis in illa parte, quā traduxi de libello hebreico in latinum. Item in eodem commento post hoc, ubi dicit, & principium, secundum quod est principium, est separatum in esse, & non in definitione tatum. In commento. 43, vbi dicit, & ex calore naturali, qui est motor, & motum, qui transit in nervis & anima mouente quae est forma in illo calore naturali. Circa hoc vide in Duodecimo de Animalibus, capitulo de cerebro. Ibidem enim declarauit esse primum instrumentum animæ.
- Item in eodem commento prope finem, vbi dicit. Quoniam non posuitus ipsum & cetera. Nota quod ex hoc & commento sequenti, patet expresse, quod forma materialis diuiditur ad divisionem subiecti, & est extensa. Etiam in textu & commento sequenti patet, quod datur minimum naturale. In commento. 44, vbi dicit. quoniam primi motores apud ipsum sunt duobus modis. Nota quod ex hoc patet expresse quod primum motor in animalibus est anima. Et vide commentum praecedens & commentum vigesimum septimum. Idem in
- Com. 41.** A eodem commento quasi immediate, vbi dicit, & motor non materialis. & hoc, id est materialis. In commento. 45, prope finem, vbi dicit, quoniam si ita esset motor prior illo, id est non esset primus simpliciter: ex quo mouetur per accidens a moto, & a fortiori, si moueretur alio modo ab isto: esset enim alius motor prior. Et vide in commento sequenti: quod intelligit per essentialiter & accidentaliter. Item in eodem commento quasi immediate, vbi dicit, quoniam, si non esset aeternum, tunc motor & cetera. Nota quod sic intelligo hanc consequentiam. Si non esset motum aeternum, esset compositum de necessitate: & si esset compositum, motor moueretur per accidens: & si moueretur per accidens, non est primum, sicut statim dictum est. Præterea. Illud, quod est aliquo modo per accidens, non potest esse prima causa: & consydera etiam in commento sequenti, & forte declarabitur sic. Si non esset aeternum, esset compositum, & ergo generabile & corruptibile: & etiam mouetur per accidens, & si est generabile & corruptibile, non est primum motor. Et vide in fine commenti. 37, et in commento. 52. & 51, & bene consydera in eis. Præterea. Omne quod mouetur ex se, cuius motor mouetur per accidens, motus eius sequitur mutationem, sicut videtur in omnibus compositis generabilibus & corruptibilibus, nam motor, qui mouetur per accidens est in materia: & si est in materia est compositum: & omne compositum praedit ipsum transmutatione, primum autem motum, motus eius non sequitur transmutationem. Et etiam mota quorum motores mouentur per accidens, aliquando quiescent & aliquando mouentur: sicut omne quod quiescit, aliquando & mouetur, aliquando mouetur per accidens, ut declarabitur commento. 51. Sed primum corpus mouetur semper, ergo &c. Causa enim in mouendo aliquando & quiescendo, aliquando, est quia ipsum mouetur per accidens. Præterea, Sicut dictum est, & tacum a Comen. in parte superius dicta de Substantia Orbis formæ materialis non est prior & simpliciter secundum naturam. materia ergo non est prima causa simpliciter. Nam forma materialis esse eius constitutur per esse materię, & ex hoc declarabitur quod compositum non est prima causa. In commento. 46, vbi dicit impossibile est ut ista dispositio. Hic Commentator remouet dubium & versus finem complethoc. Item in eodem commento parumpost, vbi dicit, manifestum est propter hoc quod declaratum est hic, id est per declarationem positam in principio huius Octauie, unde sic arguitur, est hic motus primus aeternus qui continet totum, & est causa istorum, ergo ista sunt perpetuae generationis & corruptio- nis, antecedens patet in principio huius. Item in eodem commento quasi immediate, vbi dicit, & hoc etiam apparet per se. Hic ponitur tertia ratio principalis, & per hanc rationem patet quod homo non generatur nisi ab homine. Item statim post, vbi dicit. Quoniam quando materia, hic ponitur prima ratio, qua probatur antecedens secundæ rationis, in illa autem parte, quæ sequitur immediate ponuntur tria inconuenientia: primum ibi {Non.} secundum ibi {Et tunc quodlibet.} tertium ibi {Et tunc vniuersaliter.} Sed circa ista vide in principio Quintidecimi de Animalibus, quia ibidem multa dicit Commentator de hoc, cum autem dicit. Quoniam si esset possibile, ut homo & cetera. Ponitur secunda ratio, qua probatur antecedens secundæ rationis. Item in eodem commento parumpost, vbi dicit. Hoc esset in minori parte, scilicet a casu, id est ex quo inuenitur in paucioribus: & etiam non est a sua causa determinata, a qua prouent in maiori parte. Item quasi immediate, vbi dicit. Et etiam si ita esset. Nota quod hoc potest esse unum inconuenientium, & potest esse ratio per se. Item in eodem commento, vbi respondendo dicit, dicamus ad hoc quod ista & cetera, de hoc vide Commentum. 32. Duo, decima

O C T A V I P H Y S I C O R V M

decimo Metaphysicæ, & in secunda quæstione mea de primo motore, & in sua Metaphy. versus finem. Item in eodem commento. vbi probat Commentator impossibile est hominem generari ex non homine, seu ex non semine hominis: & sanguine menstruo, vt etiam voluit Philosophus Libro de Generatione, propter quod posuit generationem procedere in infinitum, eo modo quo illuc declaratum est. Nota quod intentio Commentatoris hic est declarare, quod nulla eadem species, siue animalium, siue aliorum de mistis completis, vt de plantis & similibus potest generare ex seminibus propriis illius speciei, & ex putrefactione, & sua ratio prima est hæc, homo qui generatur ex semine & ex putrefactione, esset æquiuoce homo, & hoc probat sic, nam formæ diuersæ propriæ requirunt materias diuersas & proprias, & hoc non solum verum est materia compositionis, sed etiam de materia alterationis, vt declarabitur, ueruntamen est, qd in quibusdam formis materia alterationis non oportet esse eiusdem speciei respectu cuiuslibet formæ secundum speciem seu diuersam respectu diuersarum formarum, vt in formis, quæ non requirunt ad hoc ut possint produci ex materia dispositiones seu præparations præcedentes in eorum materia propinquæ, ex qua debent generari, verbi gratia, vt elementa, non tamen dico quod elementa non requirunt qualitates proprias, in quibusdam autem propter materiam & potentiam eius requiruntur præparations & dispositiones in materia ad hoc quod sit consequens ut sit materia alterationis propinquæ eorum, verbi gratia, in sanguine menstruo, qui est materia alterationis embryonis, sunt multæ præparations præcedentes, verbi gratia, formæ elementorum vel formæ misti vel forma panis seu cibi, & forma sanguinis. Vnde ex homine mortuo non fit homo viuus, vt dicit Philosophus in Metaphysica, expresse, neque ex equo mortuo equus viuus, siue istæ præparations remanent omnes, siue quædam, siue non, non curio. Quædam tamen de necessitate remanent in materia compositionis, & si non omnino secundum unum gradum secundum aliam: quia sufficit ad præsens, quod est necessarium, ut præcedant illæ præparations. Quod autem formæ propriæ requirunt materias proprias, vt dictum est, manifestum est, nam si hoc non esset, quodlibet generaretur ex quolibet: & homo viuus ex homine mortuo, & scilicet non essent propria & determinata, & tunc etiam materiae propriæ essent superflua & ociosæ: ex quo possit ex alta materia non eiusdem speciei generari. Vnde, si possibile esset hominem generari ex putrefactione, natura non produxisset tot instrumenta, & tot præparations pro generatione hominis seu alterius animalis. Vnde ut dicit Commentator de mente Aristotelis. Primo de Anima, quod membra leonis non differunt à membris cerui, nisi quia anima differt ab anima. Vult ergo formam propriam & determinatam habere materiam propriam & determinatam. Verum tamen est, quod hoc magis intelligitur de materia compositionis: & hoc totum est quasi per se notum apud Philosophos bene dispositos, non apud stultos tantum verba dicentes & non considerantes quid dicunt: & utrum id quod dicunt sit conforme rebus sensatis vel non. Arguatur igitur sic. Materiae diuersæ secundum speciem habent formas diuersas, secundum quod habent materiam diuersam specie, & forma alterius speciei est alterius speciei ab illo, quod non habet talem materiam & talem formam, ergo animal generatum à putrefactione non est eiusdem speciei cum eo quod generatur à seminibus parentum: nec obstat illud quod quidam dicunt, quod materia ex qua generatur embryo in matricæ est similis illi, ex qua generatur per putrefactionem, nam secundum hoc reuertitur quæstio, nam si illæ materiae sunt eiusdem speciei, ergo & formæ, quas tunc habent, sunt eiusdem speciei: &

158 ✓

E si sic extra corpus animalis esset sanguis in illa materia putrefactibili ex qua generatur illud animal, quod est eiusdem speciei cum eo quod generatur ex sanguine mensu in matrice, & si hoc sit ita, ergo etiam in illa materia fuit forma cibi seu panis, verbi gratia. Sicut hoc est in sanguine quod generatur ex cibo, & totum hoc est extra intellectum. Neque valet quod quidam dicunt, quod virtutes celestes faciunt has materias esse similes, nam illæ virtutes non sunt causæ torales: & ipsæ etiam sunt diuersæ in materiali diversis, aliter quodlibet fieret ex quolibet, vt dictum est. Neque valet quod aliqui dicunt ignis factus ex igne, & factus per motum sunt eiusdem speciei, hæc enim est alia quæstio: & est, an aliquid possit produci ab agente eiusdem speciei, & alterius speciei. & ista quæstio est diuersa à quæstione nostra, & soluta est intelligentibus verba Commentatoris in multis locis, & ego iā declarauit hoc in declaratione libelli de Substantia Orbis. & si velint dicere, quod, si aliquid quod producitur ex diversis agentibus est eiusdem speciei, ergo aliquid quod producitur ex diversis materiali est eiusdem speciei, dico, quod hoc, ut dicunt, concessio, verum est in eis quæ non requirunt materias prædispositas seu prius præparatas, id est materias alterationis, vt elementa: quorum quodlibet potest generari ex quolibet: & de hoc non oportet ad præsens plus dicere. Secunda ratio sua est tunc homo generatus à putrefactione esset generatus à casu, vt ipse hic deducit: & videtur quod declaratio sua fundatur in hoc, quod illud quod fit in minori parte, est à casu, quod sic intelligitur. Si est aliquid de cuius natura est ut generetur semper hoc modo, ut est homo & alia animalia: & causa sua generationis sunt: & tamen illud non generatur alio modo ab eo, quo semper generatur, nisi raro & in minori parte temporis & subiecti, hoc non est nisi casu: & hoc videtur notum, & tu comple rationem. Præterea confirmatur hoc totum, nam, si aliqua femella animalis non potest generare ex se, sed oportet qd coniungatur cum masculo, in cuius semine est virtus informativa propria, ergo à fortiori in materia quæ non est ita disposita, & ita propinquæ generationi animalis, hoc non potest fieri. Præterea non esset habitudo essentialis in causis materialibus & agentibus: & totum hoc est contra doctrinam Peripateticorum, & contra sensum & intellectum. immo causæ materiales essent quasi infinitæ, vt dicit Commentator, quamvis enim causa agente posita, & similiter materiali non ponitur de necessitate effectus, tamen cum effectus est de necessitate, fuit à tali agente, & materia tali. Nota tamen, quod Commentator in Libro de Animalibus dicit, quod mures generati ex putrefactione non sunt eiusdem speciei cum eis, quæ generantur ex propagatione: quamvis assimilentur in accidentibus apparentibus, & in quibusdam operationibus, non enim habemus mures in manibus ita ut possimus cognoscere operationes eorum proprias: neque illud, quod dicitur de plantis, scilicet quod quædam earum generantur non ex semine, neque ex arbore habente semen: & postea producitur semen ab eis, non est dictum ab Aristotle in suo de Plantis, immo oppositum videtur dicere dices, quædam arbores plantatæ quædam ex semine, quædam autem per se: & non ponit qd illæ, quæ per se producuntur, producunt semen. Et si hoc est verum ut dicunt, hoc non esset nisi quia in illo semine est materia propria, & virtus propria producens aliam plantam similem, non tamen omnino eiusdem speciei. Sed vere nescio quomodo hoc sciuerunt nisi forte per prophetiam. Si illud enim facit semen, quomodo sciuerunt quod non fuit illuc ante aliquod tale semen, per infinitas enim quæd vias continet fuisse illuc semen tamen, quamvis non viderunt illuc ante talem plantam, simili modo dicendum est, si illa secunda planta sit per plantationem, contingit enim aliquem ramum talis plante fuisse illuc productum, ex quo facta

facta fuit illa planta, quæ illuc primo visa est, vt in multis contingit: & vniuersaliter scire hoc, quod dicunt, est valde difficile: & dato, quod esset ita, forte non est signum sufficiens ad probandum id quod intendunt, possumus enim dicere, quod ex illa herba genita sine semine sit quædam pars, quæ est quasi semen, ita quod ex illa parte generatur, cum ponitur in terra similis herba in specie per viam putrefactionis, & non aliter. Sed dices, quomodo possum cognoscere si res generatur per putrefactionem vel per propagationem, ad hoc facilis est responsio, & tu responde. Non tamen quod Commentator & Philosophus in principio Decimoseptimi de Animalibus ponunt, quod animal genitum ex putrefactione aliquando generat aliud non eiusdem speciei, & in ipso non inuenitur masculus & femina: & si sint, tamen quod ab ipsis generetur est alterius speciei, & tandem definit generatio huius, & nunquam generat similem sibi in specie. & forte simile huius quod dixit hic Commentator possumus dicere in plantis, vt dixi, & tu intellige bene omnia dicta. A uerois non superficialiter, vt quidam diminuti Philosophi, immo magis historiographi: & de hoc nolo plus prolongare sermonem. Manifestum est enim sensui, quod illa, quæ generantur per putrefactionem, habent materias propinquas proprias, vt dicit Commentator de vespibus, & de quibusdam alijs animalibus genitis ex putrefactione. Et respondere dicitis quorundam in quibusdam rebus contra Commentatorem loquentium, stultum est. Sed dominatio tua loquendo in hac materia fecit contra hoc motuum efficax. d, quod sicut cibi non sunt eiusdem speciei, ex his tamen generatur sanguis, ita ex diversis materialibus posset generare animal idem secundum speciem. Confirmatur sic, nam possibile est ut materia generationis habeat magnam latitudinem, ita cum non sit species specialissima, potest igitur esse quod ex ipsis materialibus diversis specie, conuentibus tamen in ratione communi propinqua possit generari animal idem specie. Et quamvis haec vere magnam habeant evidentiam, tamen ad praesens respondeo, quod cibus in eo quod cibus conueniens est respectu unius speciei, est unius speciei: quamvis enim nutria seu cibi sint diversæ species in se, non tamen ut nutritibile respectu speciei determinatae, nam omne dulce in eo quod dulce est tantum nutritiens respectu hominis: & in eo quod dulce est unius speciei. Secundo dico, quod quamvis cibi sint diversi specie, conuentiunt tamen in una ratione propinqua communi. Vnde & sanguis genitus ex eis magnam habet latitudinem, & maxime, quia dicitur esse quasi appropriatus elemento aeris. Latitudo tamen eius est omnino extra latitudinem materialis putrefactæ, vt quasi notum est naturæ: ipse appareret aliquid per quod possumus dicere quod conuentiunt in ratione communi propinqua. Quamvis ergo materia generationis aliquius animalis non est eadem species specialissima, tamen est eadem de necessitate secundum rationem communem propinquam. Hoc autem non inuenitur inter materiam putrefactam ex qua generatur animal per putrefactionem, & semen seu sanguinem menstruum, ex quo generatur animal per propagationem. Et hoc supponunt Philosophi tanquam per se notum.

Præterea, Si materia putrefacta & sanguis menstruus conuentiunt in ratione communi propinqua, & per hanc rationem possit generari animal ex his, Tunc animal generatum in matrice ex sanguine menstruo non generatur ex eo secundum quod est sanguis, nec illud quod generatur ex materia putrefacta generatur ex ea secundum quod putrefacta: quæ ambo videntur impossibilia. Et hoc tamen sequitur dicendo, quod haec materia haberet rationem communem propinquam, secundum quam generantur illa animalia. Ad confirmationem patet per dicta. Ipsa enim supponit, quod materia putrefacta, & san-

guis menstruus conueniunt in una ratione communi propinqua: quod videtur esse impossibile. Et nos videmus, quod ex sanguine menstruo seu sibi proportionali anima seu alterius animalis non generatur homo, nec etiam si esset proiectum illuc sperma viri: & quamvis membra aliqualiter forte assimilari possunt, non tamen illuc potest esse forma humana, vt bene declarauit Philosophus & Commentator in Libro de Animalibus, & à fortiori ex materia putrefacta ubi non est materia ita propinqua, nec agens proprium particolare, vt in talibus requiriatur, vt sensui pater: & haec ad præsens mihi occurruunt: & si postea meliora apparebunt, dicam: credo tamen quod haec sufficient. In commento. 48, ubi dicit, & tu bene scis & cetera. Ibidem enim ponitur prima ratio, quod instrumenta non sunt infinita per se, secunda autem ratio ponitur ibidem, & etiam quando for. & cetera. In commento. 51, ubi dicit. Motus autem eius est accidentalis, id est indiuisibilis, id est per se: quia motor primus in eis est indiuisibilis secundum suam naturam, fit autem diuisibilis per subiectum: & vide commentum. 44.

B Com. 48. Item in eodem commento, ubi dicit. Verum autem sensui, quod illa, quæ generantur per putrefactionem, habent materias propinquas proprias, vt dicit Commentator de vespibus, & de quibusdam alijs animalibus genitis ex putrefactione. Item in eodem commento, ubi dicit. Quoniam cum verificatum fuerit ex hoc, quod omne motum ex se, quod quiescit quandoque & mouetur quandoque, mouetur ab extrinseco, id est & si non vel semper quiesceret vel semper moueretur. Et vide in sua summa. Cum autem parum post dicit, nihil esse extra ipsum, id est à quo mouetur. In fine commenticū dicit cum demonstracione prædicta, id est hīc, cum autem dicit aliam demonstrationem à prædicta, id est in capitulo priori. In commento. 52, ubi dicit. Et potest intelligi ex hoc sermone, quod est demonstratio per se. Nota quod formatur sic, omnis motor moti ex se, qui non mouetur, scilicet per se, qui quandoque mouet, & quandoque non, mouetur per accidens: primus motor nullo modo mouetur: ergo.

C Com. 52. Item in eodem commento versus finem cōmenti, ubi dicit. Et est, quia subiectum eius mouetur ab alio. Supple, quia propter hoc apparet quod iste motor intendit motum primi, & ordinatur ad primum motorem: & alio modo quasi mouetur ab ipso tanquam à fine: & per hoc soluuntur multa dubia Ioannis de Landuno, & aliorum. In commento. 57, ubi dicit. Omne enim generabile est augmentabile, id est proprie, vel impropre. In commento. 58, ubi dicit. Omne enim posterius, scilicet in generibili ex rebus, quibus perficitur est prius in natura, id est magis perfectum. In commento. 62, ubi probat Commentator, quod res naturales habent magnitudines terminatas, & ad hoc ponit duas rōnes: prima ibi Si enim magnitudines rerum, secunda ibi, Manifestum est per se quoniam, & circa hoc vide commentum. 44, huius, & commentum. 36. primi. In eodem commento ubi dicit, cum sint de contrario in contrarium, & de opposito in oppositum, & quod est tale, est finitum, id est quia distantia infinita non potest esse inter contraria: esset enim finita, contraria enim sunt fines. Vide commentum. 91. Sexti. Item post hoc ubi dicit. Et antequam mouebatur, id est isto motu. Item in eodem commento ubi dicit & omne quod est in actu, est quiescēs necessario: quoniam, si moueretur esset in potentia & cetera. Circa hoc confydera, quia instans est in potentia tantum, & ideo hæc ratio est demonstrativa. Et vide commenta quæ sequuntur, & commentum. 76. Sexti, & Burleus non bene dicit: quia contrarium, quod non est approximatum, non approximatur in instanti, vide tamen commentum. 23, & ea, quæ ibi nota: & habebis veram solutionem. Idē in eodem commento, ubi dicit. Et ista demonstratio non debet intelligi, nisi in eodem modo, quod mouetur duabus motibus contrarijs habentibus principium & fi-

D Com. 57. Com. 58. Com. 62. In commento. 57, ubi dicit. Omne enim generabile est augmentabile, id est proprie, vel impropre. In commento. 58, ubi dicit. Omne enim posterius, scilicet in generibili ex rebus, quibus perficitur est prius in natura, id est magis perfectum. In commento. 62, ubi probat Commentator, quod res naturales habent magnitudines terminatas, & ad hoc ponit duas rōnes: prima ibi Si enim magnitudines rerum, secunda ibi, Manifestum est per se quoniam, & circa hoc vide commentum. 44, huius, & commentum. 36. primi. In eodem commento ubi dicit, cum sint de contrario in contrarium, & de opposito in oppositum, & quod est tale, est finitum, id est quia distantia infinita non potest esse inter contraria: esset enim finita, contraria enim sunt fines. Vide commentum. 91. Sexti. Item post hoc ubi dicit. Et antequam mouebatur, id est isto motu. Item in eodem commento ubi dicit & omne quod est in actu, est quiescēs necessario: quoniam, si moueretur esset in potentia & cetera. Circa hoc confydera, quia instans est in potentia tantum, & ideo hæc ratio est demonstrativa. Et vide commenta quæ sequuntur, & commentum. 76. Sexti, & Burleus non bene dicit: quia contrarium, quod non est approximatum, non approximatur in instanti, vide tamen commentum. 23, & ea, quæ ibi nota: & habebis veram solutionem. Idē in eodem commento, ubi dicit. Et ista demonstratio non debet intelligi, nisi in eodem modo, quod mouetur duabus motibus contrarijs habentibus principium & fi-

O C T A V I P H Y S I C O R V M

nem & cætera. Nota quod ex hoc forte patet solutio de faba protecta contra molarem descendenter & similibus. faba enim non habet motum perfectum ad quem perueniat: quia antequam compleat motum in illa parte cogitur moueri ab alio, & consydera quia hoc est propter impedimentum, scilicet quod non quiescit: quia antequam perficiat motum ad illam partem impeditur. Ratio autem Philosophi tantum probat de motu completo, scilicet quando mobile adest fint in actu, ut post dicetur: & dato quod veniat ad finem, tamen non quiescit nisi quando non pellitur ab alio, quia in isto casu non omnino adest in actu & quomodounque sit motus reflexus non est continuus, ut patet in litera ex hoc etiam patet, quod si approximatur corpori, quod calefit antequam compleat suum motum frigescituum, non est forte quies media: & vide ea, quæ notaui superius in commento vi- gesimotertio. In commento. 64. vbi dicit. Et motus contrarij differunt secundum formam & naturam &c. Nota quod videtur quod hæc ratio concludit, dato quod continuantur hi motus secundum tempus. & vide com- mentum. 40. Quinti. & 72. huius Octavi. In commen- to. 65. vbi dicit. Et nullum punctum describit in actu, sci- licet quem possumus demonstrare. Item in eodem com- mento vbi dicit, & illud quod mouetur continue impossibile est ut superponatur alicui & cætera, idest ut sit in aliqua magnitudine, sive describat in actu aliquem pun- ctum in instanti, instans enim non est in tempore nisi in potentia, ut declaratum est in Sexto Libro in multis lo- cis: & maxime commento. 76. scilicet quod non est ali- quod instans indiuisibile, quod potest demonstrari sive aliquid in eo demonstrari. Vide commentum. 46. Sexti, & illa, quæ ibidem notaui. & si tu intelligis hoc recte & bene, demonstratio Philosophi erit firma, & cauillatio Burlei nulla. instans enim est in potentia extra animam, sicut punctus in continuo: immo minus ut declaratum est in quarto & in octavo & in sexto. Sed anima consy- derat ipsum continuare partes temporis, ac si esset in actu. Nam natura continua est talis, & intellectus intelligit in actu aliquid tale indiuisibile, extra animam tamen est in potentia, sicut dicitur de vniuersali: & si extra animam es- set instans in actu sive indiuisibile, non potest aliquis ve- re euadere, quin continuum sit compositum ex indiuisi- bilibus: & hæc omnia possunt colligi à Commentatore hinc inde in Octavo, & in Quarto, & hic, & vide com- mentum. 80. Sexti. & vide commenta, quæ statim sequun- tur, & finem huius commenti. Item in eodem comen- to vbi dicit. Quoniam impossibile est, ut motum sit in extremo magnitudinis in actu. In commento. 66. vbi dicit. Puncta autem, quæ sunt inter principium & finem magnitudinis, sunt in potentia, idest non possunt demon- strari. In commento. 68. vbi dicit. Pertransire autem medietates infinitas in potentia, idest secundum diuisio- nem per accidens, scilicet in partes proportionales, non secundum partes æquales: quia illæ sunt finitæ etiam in potentia, & consydera bene totum commentum. Item in eodem commento vbi dicit. Quoniam continuatio mo- tus est propter continuationem magnitudinis, idest quæ non diuidit magnitudinem in actu, scilicet sicut sit, cum quiescit in medio sive in aliqua parte eius: tunc enim diui- dit magnitudinem in actu. Cum autem non quiescit, di- uidit eam in potentia tantum, quia non designat aliquem punctum in actu, ut dictum est: & vide etiam comen- tum. 101. quarti. Item in eodem commento vbi dicit. Tunc sequitur etiam si medietates sunt infinitæ quod mo- tum nunquam perueniat ad extremum magnitudinis, idest si motum pertransit infinitas medietates quomodo cunque sint, nunquam perueniet ad extremum, sed per- ueniet ergo hæc diuisio consumit magnitudinem, & ista deductionem intendit hic Commentator, & ad istam re- spondet. In commento. 75. ubi dicit. Secunda est, quod

153 V

Com. 76. Com. 78.

E omnia, quorum unum est diminutum, reliquum perfe- ctum, idest in illo genere, verbigratia in genere motus lo- calis. In commento. 76. vbi dicit. Omnis enim punctus imaginatus, vide quomodo dicit imaginatus, & non di- cit punctus tantum. In commento. 78. vbi Philosophus & Commentator volunt probare, qd motor primus non est in materia. Nota quod hæc demonstratio, quomodo cunque intelligatur infinitum, est demonstratio vera. Si enim intelligeretur infinitum in motione, verbigratia, ut moueat in instanti, quod vocant moderni infiniti uigoris intensius, aut quod moueat corpus infinitum, de necessi- tate mouet in tempore infinito: hoc tamen recte intellige & si mouet in tempore infinito mouet in instanti, si est vir- tus in materia: & similiter è conuerso. hæc enim duo con- uertuntur, in virtute corporeæ: & manifestum est, & etiæ declarabitur, quod nulla virtus infinita intensius est in cor- pore, nisi in corpore infinito, si tale esset possibile esse: & vide commentum. 80. & ideo dicit Philosophus, qd hæc F tria, scilicet motor, qui est virtus in materia, & motum, & tempus, in quo est motus, sunt æqualia, idest uel qd omnia finita, vel qd omnia infinita, & ideo non distinxit hic Commentator infinitum, nam non indigebat hoc: & ideo etiam ex quo non virtus infinita in corpore, nisi cor- pus sit infinitum, nam magnitudo virtutis sequitur ma- gnitudinem corporis cæteris paribus. Sequitur ergo, qd, si sit aliquid corpus, quod mouetur à motore, qui est vir- tus in corpore in tempore infinito, qd pars illius mouebi- tur in tempore minori à parte motoris, quæ est in ipso: mi- nor autem infinito est finitum: ergo pars mouetur in mi- nori tempore quam sit tempus in quo mouetur totum, et vniuersaliter virtus infinita, quæ est in aliquo corpore, i- lud quod est ex ipsa in tempore illius corporis, est virtus minor. & vide commentum. 81. & intelligo hic per virtu- tem infinitam, infinitam intensius, minor autem virtus non potest mouere per tantum tempus: & nota bene, qd si sit in corpore aliqua virtus finita intensius, non potest mouere nisi in tempore finito: & si mouet in tempore infinito ipsa est infinita intensius: & similiter, si in corpore sit virtus infinita intensius, mouet in tempore infinito: & si in ipso sit virtus finita intensius, mouet per tempus fini- tum tantum. Et per hoc completur hæc demonstratio. & vide in commento sequenti in dubitationibus, & vnuer saliter magnitudo virtutis formæ corporalis, & paruitas eius secundum magnitudinem corporis, in quo est illa for- ma, & paruitatem eius, quod si est magnum, virtus, quæ est in ipso, est magna: & si est paruum, virtus quæ est in ipso, est parua: comparando ad vnam formam, quæ est in uno corpore. & ideo, si virtus seu potentia totius formæ sufficit mouere, pars illius formæ non potest mouere in te- pore æquali tempori, per quod mouet tota forma & po- tentia: & ideo hæc conclusio cum propositione, quæ de- clarabitur, concludit intentum, si non cecidit error in pro- positione dicente, quod maius est, mouet in tempore lon- giori. Et nota etiam, si vnus gradus virtutis (verbigratia) existens in materia sufficit mouere aliquid corpus per centum annos, medietas illius potentie, si potest moue- re, non potest mouere per plus quam per quinquaginta annos, & tunc corruptitur. Et tempus durationis poten- tie sequitur fortitudinem potentie, idest quod si sit forti- tor, tempus durationis est longior, si cetera sint paria, ver- bigratia corruptenda & reliquæ dispositiones. Nam il- lud, quod habet unum gradum potentie resistit contra transmutantem per duplum tempus, quam resistit habes medium gradum. & ideo secundum istum modum, si pars potentie sufficit mouere per tempus finitum tantum, to- ta virtus finita mouet per tempus finitum tantum. Et ex hoc patet quod latini non recte intellexerūt hanc demon- strationem, & consydera bene dicta Commentatoris, & propositionem dicentem. Quod maius est, mouet tempo- re longiori, & consydera etiam illa, quæ dicta sunt à Com- mentatore

ANNOTATIONES

160

mentatore in illa parte de Substantia Orbis, quam tradu-
xi, si forte hoc quod dixi de hoc non sufficit. Item in eo-
dem commento vbi dicit. Sed notandum est quod pro-
positiones conditionales. Circa hoc vide commentum. 94.
44. quarti. Item in eodem commento vbi dicit. Am-
plius cum omne compositum, ut videtur mihi ex isto lo-
co potest fieri ratio fortis ad declarandum, quod omnis
virtus in corpore est finita. Item in eodem commen-
to vbi dicit, Quod enim denudatum est à compositione
& factum esse & cætera. Vult dicere quod Philosophus
igitur peruenit ad suum intentum, scilicet quod primus
motor est separatus: & bene consydera, quia ex hac ra-
tione etiam declaratur, quod corpus coeleste est simplex,
quia non est in ipso potentia ad diuisibilitatem, nec corruptionem: & ergo motor est separatus à materia, nam
cum sit possum quod corpus coeleste est simplex & mo-
tor est alijs à moto, vt declarari est in septimo & in hoc
octavo. Sequitur, quod motor cœlestis est abstractus à ma-
teria, non virtus existens in materia. In commento. 79.
vbi dicit. Cum enim habuit quod omnis potentia corpo-
ris est finita, id est intensiue, quamvis vnum consequitur
reliquum, vt dictum est. Item in eodem loco quasi im-
mediate vbi dicit, & adiunxit huic propositioni, quam
prius probauit, scilicet qd habens potentiam finitam &c.
id est intensiue quando existit illa forma in corpore, cuius
formæ est potentia finita, potest etiam hæc ratio intelligi
de infinito secundum durationem. Sed tunc oportet sup-
ponere, qd finitum intensiue, cum est in corpore, est fini-
tum secundum durationem. Infinitum enim secundum
durationem, cum est in corpore, & potest resistere cor-
rumpentibus in infinitum, est infinitæ virtutis intensiue,
vt dicit Burleus de hoc & bene. Præterea virtus corpo-
rea est in potentia, vt corrumpatur cum sit cœpositum.
nullum autem in quo est potentia ad non esse perpetua-
tur: & bene consydera, quia vt notaui, ista conuertuntur
in potentia materialium. Item in eodem commento,
vbi dicit. Potest enim sic hic motor habet actionem infi-
nitam, id est in tempore. Deinde cum dicit. Omne autem
corpus, aut potentia in corpore non habet infinita actio-
nem, id est intensiue, secundum quod declarabo in fine co-
menti. Item in illa parte, in qua dicit Commentator.
Vtrum contineat corpus coeleste aut non & cætera. Con-
sydera hic quomodo accipit infinitum indistincte, & ac-
cipit vnum loco alterius, quia vnum sequitur ex altero.

Idem in eodem commento vbi dicit. Nos autem dici-
mus ex vi verborum Aristote. & cætera. Nota quod vi-
detur qd sua solutio stat in hoc, quod si esset compositum
corpus coeleste, virtus eius esset finita, sed quia non est co-
positum, non est ita. Nam propositio dicens, omne cor-
pus habet virtutem finitam, est vera in corpore compo-
site tantum, quod est semper finitæ potentiae, & genera-
bile & corruptibile. In fine autem de Substantia Orbis
aliter respondet & melius, vt dicam: quamvis forte am-
ba solutiones coincident.

Item in eodem commento vbi dicit. Tanto tempus,
in quo suscipit motionem à suo motore, erit matus, id est
qua major virtus est in maiori corpore ceteris partibus.

Item in eodem commento vbi dicit. Omnia corpo-
ra coelestia excedunt se. Nota quod hic quasi innuit aliam
responsionem ad hanc quæstionem, & est etiam bona.

Item in eodem commento in fine commenti circa il-
lam rationem, quæ ponitur ibidem, nota, quod secun-
dum sua principia & secundum illa, quæ dicta sunt, pos-
sumus etiam respondere illo modo. Nam demonstratio,
quæ iam dicta est, sic intelligitur. Omnis virtus in cor-
pore est finita intensiue, & virtus corporea finita intensiue
non potest mouere in tempore infinito. ergo motus
in infinito non potest esse à virtute in corpore, sed à se-
parata materia. Prima propositio declarata est: nam, si
esset infinita intensiue, moueret in instanti: quamvis etiam

A ipsa sit vera, si intelligatur de finito in tempore: nam vir-
tus corporea, quæ est formæ materialis, non durat in in-
finitum. Sed cum motor est immaterialis, non sequi-
tur dubitatio, nam tunc dico quod illa potentia etiam est
finita intensiue, non tamen omnis virtus finita intensiue
est finita in tempore, seu in duratione. Sed hoc est
vnum in virtute finita corporea tantum: nam in ipso in-
uenitur potentia ad corruptionem, & ideo non sequitur
in abstracto mouere in instanti. Et vide in quæstioni-
bus meis de primo motore, quomodo declarauit hanc
suam rationem. Consydera etiam quomodo intelligitur
bene ex verbis eius, sicut dixi in commento. 78. quod
virtus finita intensiue, quæ est in corpore, est infinita se-
cundum durationem: & illa, quæ est finita secundum du-
rationem, est finita intensiue, & quæ est infinita in dura-
tione est infinita intensiue, hoc in virtute materiali, ipse
enim in multis locis in hoc commento accipit vnum lo-
co alterius, quia vnum sequitur ex reliquo: in separato
autem à materia non est ita, quia virtus sufficiens moue-
re per vnum diem sufficit mouere in infinitum, ex quo
est omnino transmutabilis. Tandem dico, quod demon-
stratio Aristotelis est hæc. Omnis virtus in corpore est
finita: virtus primi motoris non est finita: ergo primus
motor non est in corpore. Vel formatur sic, nulla virtus
existens in corpore est infinita: quælibet virtus mouens
in infinitum est infinita: ergo. Et secundum istum mo-
dum non solum ratio est de primo motore tantum, sed de
omnibus motorib⁹ corporum coelestium. Cuilibet enim
corpori coelesti est motor proprius: & hoc scitur ex diuer-
sitate propositionum, quæ sunt inter motores & mota,
& ex diuersitate motuum & diuersitate mobilium: ex
quo enim isti motores sunt formæ & animæ corporum
coelestium, vt declaratum est in alijs locis: & corpora di-
uersa saltem secundum prius & posterius debent habe-
re formas diuersas: oportet enim vt sit connexio & habi-
C tudo naturalis & essentialis inter animam & corpus: non
enim quælibet forma potest esse forma cuiuslibet corpo-
ris & maxime, quia isti motus sequuntur naturas moto-
rum, & sunt operationes eorum proprietatibus: quamvis natu-
ræ eorum sint cognitionis, vt dictum est alibi: manifestum
est ergo qd sunt diversi incorporei, & hoc supponit Philo-
sophus in Metaphysica vt scitur ibidem: propositio ta-
men sua dicens, quod finitum & infinitum dicuntur de
corpore, & de corporeo tantum, sed in corporeo & de eo
quod non est virtus in corpore non dicitur hoc vere, nisi
metaphorice, vel aliquo modo est vera. Prima proposi-
tio est vera quomodounque intelligatur finitas, nam si
finitas intelligatur intensiue, manifestum est quod est ve-
ra, vt declaratum est per multa media: & maxime, quia
moueret in instanti si esset infinita intensiue. extensiue, quia
vel secundum durationem est vera, hoc enim sequitur à
primo. Si enim esset infinita secundum durationem infinita
intensiue, vt dictum est: & ideo indistincte accepit eam.
D Ad propositum tamen accipitur pro finitate secundum
durationem. Philosophus tamē ad remouendam cauilla-
tionem, quam quis potest facere contra ipsum dicendo,
quod virtus corporea est finita secundum durationem,
quando est finita intensiue, sed ego pono eam infinitam
intensiue: & ideo potest mouere in infinitū. Philosophus
igitur eradicat hanc responsionem probando hæc respon-
sionem, quæ potest fieri, esse impossibilem, nam nulla vir-
tus existens in corpore finito potest esse infinita intensiue,
& ideo Philosophus probauit hanc propositionem isto
modo. Et cum adiungatur huic, quod nullum corpus est
infinitum in actu, est manifestum quod nulla virtus in cor-
pore est infinita intensiue. Vnde sciendum est quod hæc
conditionalis est vera. Si aliqua virtus materialis est infi-
nitæ secundum durationem, ipsa est infinita intensiue: vel
quia quælibet virtus materialis habet contrarium cor-
rumpens & ideo, si potest in infinitum resistere, oportet
q fit

O C T A V I P H Y S I C O R V M

¶ sit infinita intensiue, ut dicit quidam latinus, vel quia forma existens in materia datus ei esse, oportet de necessitate quod in illa materia sit potentia conditionis, & quod in natura illius materie sit potentia & priuatio. Et ideo oportet de necessitate, quod sit vel quod potest esse aliquod contrarium seu corrumpens: & si non, materia non esset in potentia: quod est contra positum: ex quo ergo non corrumpitur est infiniti vigoris intensiue, vel Philosophus voluit destruere consequens huius conditionis, ut concludat oppositum arguentis, sic arguendo. Si aliqua virtus materialis est infinita extensiue, ipsa est infinita intensiue: sed impossibile est ipsam esse infinitam intensiue, ut probat demonstratio Philosophi ergo & haec videtur magis esse intentio Commentatoris in de Substantia Orbis. Et ad maiorem declarationem dico quod de corpore celesti duas fuerunt opiniones. Una est Aucen, quam habuit a Platone; Aucen, enim ponit ccelum esse compositum ex materia huius naturae, cum materia istorum inferiorum & ex forma dante sibi esse, per quam constituitur & sit ens in actu: & ipse concedit ccelum esse corruptibile. Sed tamen perpetuatur a motore separato. Contra quod sunt demonstrationes Aristoteles in Libro Celi, illic enim probatum est quod ccelum non habet contrarium: ergo neque subiectum in potentia, ut dictum est: quia si potentia activa non potest esse, nec potentia passiva potest esse. & ideo, si in materia celi est potentia & priuatio, sicut in materia istorum inferiorum, de necessitate oportet quod hic sit contrarium, & quod ccelum corrumpatur. Præterea declaratum est a Philosopho in illo Libro perfecte, quod nullum corruptibile potest perpetuari ab alio, & hoc videtur quasi per se notum: quia hoc nihil aliud est quam dicere unam naturam mutari in aliam, natura enim corruptibilis & aeterni sunt naturae valde diuersa non communicantes etiam in genere. Unde dicere aliquid esse corruptibile & ipsum esse perpetuum est dicere ipsum esse natura corruptibilem & non corruptibilem. Quando enim propria alicutus naturae inueniuntur in aliquo, tunc iudicamus illud esse illius naturae. Si ergo aeternitas seu perpetuitas sit in aliquo, illud de necessitate habet naturam aeternam, alterum non essent hic naturae propriae & determinatae, & consequentia propria & determinata. Posset enim quis dicere secundum hoc, quod accidentia propria ignis vel alterius formae sunt in aliquo, & tamen illud non est illius naturae, & sic destrueretur scientia. Nos enim cognoscimus naturas esse diuersas per operationes & propria diuersa. Perpetuitas autem seu aeternitas, id est duratio in infinitum, saltem sequitur de necessitate & proprie naturam aeternam, secunda autem fuit Auempace ponentis in celo esse materiam, & ipsum esse compositum ex materia & forma dante sibi esse. Illa tamen materia est alterius naturae, ita quod in illa materia non est potentia ad transmutationem substantiam, nec ad alterationem. Et dicit, quod hoc compositum non est corruptibile, sed tantum compositum, quod est ex materia horum inferiorum. Et haec positio etiam omnino est falsa & impossibilis, primo enim hoc dictum videtur esse voluntarie dictum: nos enim non peruenimus ad compositionem, & ad naturam materie, nisi per transmutationem in substantiam: ex quo ergo hic non est transmutatione neque natura transmobilis, quomodo possumus scire illuc esse materiam? Si enim non esset transmutatione in rebus, nos diceremus quodlibet ens est unum, id est habere unam naturam, sicut ipsum est unum in actu. Et a fortiori patet, quod nullam habemus viam ad cognoscendum materiam in qua non est potentia. Præterea hoc est dicere contradictoria sine consideratione. Nam in quo non est potentia ad contradictoria in eo non est potentia, potentia enim non est nisi ad contradictoria, nisi esset potentia aequiuoco dicta: & si non est in ipsa potentia, tunc natura eius est nulla rei actualis; & ergo non recipit formam

dantem ei esse, nam haec consequentia est bona omnino; non est in ipso potentia ad contradictoria: ergo non est in ipso potentia, non est in eo potentia in sua natura: ergo est ens, aliquid in actu. & non recipit esse actuale à forma. Materia enim existens in actu secundum suam naturam non recipit formam dantem ei esse actuale. Ex duabus enim in actu non sit unum vere compositum: & ego vere non intelligo quomodo forma dat esse in actu materiae, colis sicut reliquæ formæ ex quo non est in natura illius materiae potentia neque priuatio; & ideo ex hac positione vere sequitur positio Auerrois. Si enim illa natura est natura, in qua non est potentia neque priuatio, tunc illa est ens in actu: & in hoc assimilatur forma: quamvis sit in potentia ad motum, localē ut declarauit Commentator: & haber formam per quam mouetur non dantem ei esse; & haec est positio Auerrois, nam Auerrois ponit cœlum esse subiectum in actu existens ex se, non per formam dantem ei esse; & est quasi medium inter formam & materiam. Est enim simile formæ, quia non est in potentia, nec est in eo priuatio, neque recipit esse à forma, sed est ex se existens in actu, ut dictum est: non tam in actu omnino perfecto, nisi per suam formam separatam, ut dictum est alibi: est autem simile materiae aliquo modo, nā ipsum est in potentia ad motum circularem: & etiam est individuum demonstratum, & ens demonstratum in actu, & habens unam figuram in actu, & omnia ista sunt in corpore per materiam, & sunt in materia propter formam. In hoc tamen in corpore non sunt propter formam dantem esse, sed propter motorem separatam: unde corpus celeste, & omnes eius dispositiones sunt propter motorem, qui motor præcedit dimensiones in illo met subiecto seu materia, non enim illic sunt dimensiones indeterminatae in potentia, neque forma recipitur illis mediatis, sed sunt tantum determinatae: quas habent illa corpora: secundum suas naturas: hoc tamen habent propter formas eorum separatas, neque illa corpora celestia sunt individuum unius speciei, sed sicut individua, nam illa non componuntur vere ex genere & differentia, sed sunt tantum determinatae & huiusmodi: & sunt diuersa inter se secundum suas naturas, & secundum naturas motorum ipsorum. Sunt tamen diuersa individua secundum prius & posterius sicut & eorum motores, similiter hoc nomine individuum non dicitur uniuoce de ipsis, & de inferioribus, unde, ut dicit Commentator, potentia habet gradus, haec igitur corpora non sunt neque formæ neque materiae propria dictæ, neque compositum ex materia & forma, sed est quædam substantia corporea, id est quanta, quæ magis debet dici subiectum, quam materia. & ideo haec corpora celestia non sunt abstracta, neque formæ & sunt individua eo modo quo dictum est. Et ex ipsis, si quis habet intellectum bene dispositum potest videre defectum cauillationum latinorum circa haec, haec tamen omnia perfecte declarabo in libello de Substantia Orbis Deo volente. Quantitas tamen horum corporum dicitur vel aequiuoco, vel secundum prius & posterius, cum quantitate illorum corporum generabilium & corruptibilium: sicut & substantia istorum cum substantijs generabilium & corruptibilium, & formæ illorum cum formis illorum, unde credendum est, quod sicut forma illius corporis nobilior est formis illorum inferiorum, & alterius naturæ, ita & materia seu subiectum illius animalis celestis, & accidentia sequentia naturam illius, & maxime cum sit primum motum ex se, & causa omnium istorum inferiorum. Causæ enim intrinsecæ aeterni, & generabilis & corruptibilis non est eiusdem generis: nec aeternum & corruptibile ingrediuntur sub uno genere uniuoco, & ideo Auempace concedit positionem Averrois non cohydroando. Præterea contra ambas opiniones est illud, quod declaratum est saepè, quod omne compositum ex materia & forma dantem esse, vel ex forma generica

generica & forma specifica, ex quo via se habet ut materia, reliqua ut forma est vere factum. & hoc probatum est in quæstionibus meis de vnitate intellectus per rationes Philosophorum, quas nullus bene dispositus negare potest secundum doctrinam Philosophorum. Præterea Philosophus probauit hoc idem in Tertiodecimo Metaphysice, hoc modo. Ibidem enim determinat hanc quæstionem, scilicet, Vtrum res æternæ sint compositæ, seu esse possint ex elementis: & capit hic elemēta pro materia & forma, & arguit sic, omne constitutum ex elementis est compositum: omne compositum componitur ex rebus in quarum natura est potentia componi ex eis, idest quod sunt possibilia ad recipiendum compositionem: & hoc videtur certum, nam in natura componentium, ut componentia huiusmodi intelligitur uere potentialitas: & omne, in cuius causis est potentialitas, ad hoc ut illud sit, ipsum est possibile esse in uno tempore, & non est in alio: & cum declaratum est, quod in rebus æternis non est in eis possibilitas non esse: ergo nulla res æterna est composita tali compositione: & ideo omne compositum est vere factum: vere autem factum non potest esse æternum à parte ante, & à parte post, & à fortiori prius motum. Præterea sequeretur, quod demonstratio Aristotelis in hoc Octavo esset nulla, & maxime secundum Auempace, nam ipse ponit cœlum esse compositum & æternum non factum, neque in sua natura est corruptibilitas, possum ergo dicere, quod illa forma materialis mouet in æternum, secundum autem Auencen, forte hoc non sequitur, quia quamvis ipse dicat cœlum esse compositum, ponit ipsum esse corruptibile. secundum suam naturam: sed tamen dicit ipsum perpetuum à forma separata. Dicentes autem quod ratio Philosophi in hoc principio fundatur, scilicet quod Deus est infiniti vigoris intensus, & quod nulla virtus materialis est infinita intensus, ut quidam Latinus nihil dicit. Maximum enim inconveniens est dicere Aristotelem volendo demonstrare aliquid in declaratione illius quod Philosophi credunt, & demonstrasset oppositum, vel saltem illud quod est magis dubitabile conclusione: immo videtur quod hoc non possumus concedere, nisi supponendo ipsum esse separatum. Præterea secundum opinionem illius nulla esset ratio ad probandum primum motorem esse separatum, possumus enim dicere quod hæc virtus est materialis, & est infinita intensus, & cognoscitiva: & tamen non mouet in instanti, quia non vult, vel quia passum non potest recipere actionem, sicut dicit ipse, quod quamvis sit Deus infiniti vigoris intensus, tamen non mouet in instanti: quia non vult, vel per aliam causam, quæ placet eis: & ideo hoc dictum destruit demonstrationem Philosophi. Præterea illud quod dicit, quod potest mouere in instanti, tamen non vult: non est intelligibile apud Philosophos. Quærunt enim Philosophi, si potest, ponatur in esse. Item quærunt, vtrum potest velle: & si potest velle, ponatur in esse: & si non potest velle, ergo nullo modo potest. distinctiones autem quibus isti respondere credunt, nullæ sunt apud scientes secundum Philosophiam, sed non oportet de omnibus imaginationibus curam habere. Reliquæ autem rationes Philosophorum contra ista dicta, sunt dictæ per me in quæstionibus meis de vnitate intellectus, & primo motore. Ratio autem Ioannis Grammatici contra demonstrationem Aristotelis nulla est, ipse enim dicebat, quod virtus cœli, per quam cœlum durat in infinitum: est infinita secundum durationem: & tamen est in corpore finito. Et ideo apud ipsum, cœlum habet virtutem finitam, & est corruptibile. Vel oportet dicere, quod demonstratio Arist. sic nulla, & est ratio multum apparens, cum bene consideratur, nam si quis diceret ei quod hæc virtus est finita intensus, infinita extensus ipse diceret similiter esse dicendum in demonstratione Aristotelis. Et tunc ipsa esset nulla, Responsio

A autem vera in hoc est illa, quam ponit Commentator in fine de Substantia Orbis: & hæc est in summa. Ioannes enim supponebat unum falsum. Credebat enim cœlum durare in infinitum per virtutem additam ei, hoc autem non est verum. Est enim æternum & incorruptibile propter priuationem causarum corruptiæ. In sua enim natura non est potentia neque priuatione neque contraries. Et ideo ipsum secundum suam naturam est æternum per priuationem illarum causarum, non per virtutem additam. Illud ergo, super quod Aristoteles est sustentatus in hac intentione, ut dicit Commentator commen-
to. 41. Duodecimo Metaphysice, est, quod omnis actio æqualis, idest uniformis, infinita, semper æterna, necessario fit à potentia, cuius actio est infinita: cui nulla transmutatio accidit propter quam deficiat actio, & omnis potentia motoris in loco in corpore, cui accidit transmutatio, necesse est ut eius actio non sit semper æterna: quia ab alio mouetur idest per motum subiecti, vel quia illud quod est in materia potest moueri ab alio. Demonstra-
tio ergo Aristotelis in hoc Octavo est ex proprijs, & præmissæ & conclusio sunt primæ, idest quod separabilitas inest motori æterno, secundum quod motor æternum, seu formæ æternæ: quia idem sunt forma, & motor, & maxime in ipsis, non per aliam naturam, ut dicit Commentator de Primo in Libro Posteriorum, in commento magno. Et si intellectus possibiliter etiam est abstractus, forte hoc est, quia intellectus agens, qui mouet in æternum, est idem cum intellectu possibili: non tam dico unum, idest motorem in æterno esse causam alterius, sed volo, quod unum non inest alteri per aliam naturam. Intellectus etiam possibilis est forma æterna, ut dictum est in quæstionibus meis: & forte hæc demonstratio non est ex proprijs, nisi respectu motorum horum corporum coelestium. hic tamen, scilicet circa hunc processum Octavi sunt duo genera demonstratio-
num in hoc. Una est à posteriori, & alia est à causa: per motum enim eternum probamus motorem esse æternum, & per hoc habetur, quod ipse est separatus: postea fit demonstratio in causa in perpetuitate motus, quia mo-
tor est separatus: & hæc demonstratio est à propositionibus primis & immediatis, hic autem intelligo per pri-
mus duo, idest quod prædicatum inest subiecto in propo-
sitionibus, non per aliam naturam, nec per causam: quia nulla causa est in hoc quod motor separat mouer in æterno, nisi quia est separatus intransmutabilis, ut inuitur à Commentatore in de Substantia Orbis, neque sequi-
tur propter hoc quod aliquid sit magis notum, & mi-
nus notum, & reliqua inconvenientia. Nam per effectum probatur causam esse, non tamen per causam probatur effectum esse. Hæc enim est alia species cognitionis à prima. Nam per illam causam referendo ipsam ad suum ef-
fectum habetur notitia magis perfecta, sed non probatur effectum esse, & ideo non est demonstratio circularis, ut inuitur hoc à Commentatore in Primo Posteriorum in commento magno. Vnde in Secundo processu acqui-
ritur perfecta cognitionis conclusionis per demonstratio-
nem cause tantum: cuius præmissæ non sunt notiores apud nos conclusionis, vel aliquando quedam demonstratio-
nes cause tantum sunt ex causis agentibus vel materiali-
bus, quibus positis non necessario ponitur conclusio, sed causa: sed non acquiritur tunc causa conclusionis, seu non probatur conclusio, sed acquiritur cognitionis eius perfe-
ctior, que est alia species cognitionis à prima: in demon-
stratione autem simplici, cuius præmissæ notiores sunt no-
bis & natura, & habent reliqua requisita, probatur esse
rei per causam: & ideo hæc vere & proprie est demon-
stratio simpliciter. Reliquæ autem, que pertinent huic quesito, & dicta modernorum circa limitationem Au-
cennæ & Auerrois, & circa omnia huic pertinentia, &
solutiones omnium dubitationum sive sint, perfecte de-
clarabo

161

O C T A V I P H Y S I C O R V M

clarabo Deo volente in Libro de Substantia Orbis, illuc
enim dicam omnia, quæ pertinent huic quaſito: & ea de
clarabo diffusæ, & iam gratia Dei feci: hoc tamen dico
hic, quod auctoritates istorum virorum non debent im-
pedire intellectum ab hac veritate. Quia vere demon-
stratio Aristotelis firma est. & credo, quod quia homi-
nes non intelligunt demonstrationes Philosophorum,
odio habent Philosophiam: & dicunt Philosophos dice-
re res phantasticas non demonstratas, & quasi hæc om-
nia dicta sunt à Commentatore vel in actu vel in poten-
tia propinqua. In commento, 82, vbi dicit. Et adhuc
remanet mouendo, id est sine eo quod moueatur. Vult

dicere à manu. In eodem commento, vbi loquitur de
inundatione, vbi dicit. Cum sit motus successus. Vi-
de Commentum, 69. Quarti. Et nota quod hæc succe-
sio non est sicut successio Platonis, & confidera. In
commento, 83, vbi dicit. Et etiam mutat se ab eo quod
mouer illam secundum finem, id est ab appetibili: & vi-
de commentum decimum septimum.

Finis.

Hoc opusculum annotationum &c. finitum fuit anno latino-
rum. 1485. in fine Iulij Florentie.

Com. 82.

Quæſtionum Ioannis de Landuno, ſuper octo Libros Physicorum: ac Heliæ Hebrei
Cretensis de Primo Motore, de Mundi Efficientia, de Eſte & Eſtentia,
& Vno, cum eiusdem in Dictis Auerrois ſuper eosdem
libros Annotationibus, finis.

R E G I S T R U M

a b c d e f g h i k l m n o p q r s t u
Omnes quaterniones, præter u quinternionem.
Registrum Tabulae per ſe pater.



Venetij In officina hæredum Lucæ Antonij Iuntæ.
Anno domini. M D L I.
Menſe Julio.